ſiniſtram aurem tumor, ſequenti die etiam ſecundum dextram ſubortus eſt, ſed hic minor qui intepeſcebat. Hi evanuerunt, nec ſuppurarunt.

Terminthorum ipſe meminit ſexto epidemiorum his verbis: *Quibus ſunt haemorrhoides, ii neque pleuritide, neque peripneumonia, neque phagedaena, neque furunculis, neque terminthis corripiuntur.* Eadem quoque oratio etiam in libro de humoribus prope finem ſcripta eſt nosque ibi diximus terminthorum nomen nigra quaedam tubercula praeſertim in tibiis enaſcentia prodere, a figurae, coloris et magnitudinis ſimilitudine, quam cum terebinthi fructu ſortitur, originem duxiſſe. Conſuevit autem ipſis inſidere ſuperior et inferior puſtula nigra, qua rupta quae ſubjacent deſquamatis ſimilia conſpiciuntur, quibus ſeparatis pus invenitur. Alii dicunt terminthos eſſe quasdam eminentias in cute conſiſtentes, rotundas et nigrovirides

Ed. Chart. IX. [129.]

στρογγύλας, μελανοχλώρους, τοῖς καρποῖς τοῦ τερμίνθου ἐοικυίας. ἐκ δὲ ταλαιπωρίας τῆς ὁδοῦ ἐθερμάνθη ἄνθρωπος οὗτος καὶ συνεχὴς ἐγένετο πυρετός. συνεχῆ δὲ πυρετὸν λέγει τὸν εἰς ἀπυρεξίαν, πλὴν τελέως λυθῆναι, μὴ παυόμενον, κἂν παρακμή τις αἰσθητὴ φαίνηται. ὅταν δὲ μηδὲ παρακμή τις αἰσθητὴ, διὰ παντὸς δὲ ἀπὸ πρώτης ἀρχῆς ἄχρι κρίσεως ὁμοίως διαμένη, γένους ἐστὶ τῶν καυσωδῶν πυρετῶν, ἀλλὰ διενήνοχεν αὐτῶν τῇ ὀξύτητι. ἔστι γὰρ καὶ χολώδης καὶ περικαὴς καὶ κατόξυς. τὰς δὲ διαφορὰς αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα ἔχεις ἐν ταῖς ἡμετέραις περὶ τῶν πυρετῶν τε καὶ κρίσεων πραγματείαις. εὔλογον μὲν ὄντα ὑπόσπληνον αἱμοῤῥαγῆσαι πυκνὰ ἐξ ἀριστεροῦ, τῆς φύσεως ὀρθῶς τὴν τοῦ αἵματος ῥύσιν διηκούσης, διὸ καὶ ἐκρίθη εἰς ὃ συντείνει καὶ τὸ παρ᾽ οὖς οἴδημα, πρῶτον μὲν παρ᾽ ἀριστερὸν, δεύτερον δὲ καὶ παρὰ τὸ δεξιόν. φησὶ γοῦν ὅτι ταῦτα κατεμολύνθη, τουτέστι ἠφανίσθη καὶ κατὰ βραχὺ ἀπεμαράνθη. οὕτως γὰρ καλεῖ τὸ τῆς ὀξείας κινήσεως καὶ

terminthi fructibus similes. At ex itineris labore hic homo incaluit et assidua febris oborta est. Assiduam appellat febrem quae ad integritatem non cessat, nisi prorsus soluta sit, etiamsi aliqua manifesta declinatio appareat. Quum vero declinatio manifesta non est, sed semper a primo principio adusque crisin eodem modo permanet, generis est febrium ardentium, sed ab ipsis acutie differt. Est enim febris et biliosa et ardens et peracuta. Earum autem differentias et nomina in nostris habes operibus tum de febribus tum de crisibus. Rationi quidem consonum est subsplenico existenti crebro e nare sinistra sanguinem erupisse, natura recte sanguinis fluxum dirimente, proindeque excretio facta est. Ad quod tendit etiam tumor, primum quidem ad sinistram, secundo ad dextram. Dicit igitur hos tumores molles evasisse, hoc est evanuisse paulatimque marcuisse. Sic enim vocat celeris motus et mutationis cessationem et coctionem, proptereaque ad sup-

Ed. Chart. IX. [129.]

μεταβολῆς παυσάμενον καὶ ἀποψυχθὲν καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀποπυόμενον, ὡς καὶ ἐν ταῖς ἐπιδημίαις γέγραπται· συνεκρίθη, συνέστη ὀξύτερον, κινηθὲν ἐμολύνθη. καὶ ἐν τῷ προῤῥητικῷ τὰ καταμολυνθέντα τὴν κατὰ βραχὺ λύσιν ἐνδείκνυσθαι.

η΄.

Ὁ παρ' Ἀλκιβιάδεω ἐλθὼν ἐκ πυρετῶν ὀλίγων πρὸ κρίσιος ὄρχις ἀριστερὸς ᾤδησεν. ἦν δὲ σπλῆνα μέγαν ἔχον καὶ δὴ τότε ἐκρίθη ὁ πυρετὸς εἰκοσταῖος. κἄπειτα ὑπεχλιαίνετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καὶ ἔπτυεν ὑπανθηρόν.

Ἡ τοῦ ὄρχεος ἀριστεροῦ οἴδησις νομίζεται ἐκ τῶν κατ' ἴξιν γινομένων, ὡς καὶ ἐν τῷ ὑποσπληνίῳ ἢ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ αἱμοῤῥαγία. ὑπανθηρὸν δὲ λέγει τὸ ὕφαιμον καὶ ὑπέρυθρον, καθάπερ καὶ ἀνθηρὰ πτύσματα καλεῖται τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα καὶ πρόσωπον ἀνθηρὸν καὶ ἐρύθημα

purationem non pervenerunt, ut etiam in epidemiis fcriptum eft. Crifis fimul facta eft, celerius ad ftatum pervenit, ad humoris mutationem molle factum eft. Atque in prorrhetico mollia facta brevi folutionem demonftrant.

VIII.

Qui ab Alcibiade venerat, ipfi ex modicis febribus ante judicationem teftis finifter intumuit (habebat autem magnum lienem) et fane tunc illi febris die vigefimo judicata eft. Deinde alias atque alias fubincalefcebat et fubfloridum confpuebat.

Tefticuli finiftri tumor ex iis effe cenfetur qui e directo creantur, ut etiam in fplenico ex laeva haemorrhagia. Aliquatenus vero floridum dicit quod fubcruentum eft, quemadmodum et florida fputa vocantur rubra et fubcruenta. Etiam facies florida ruborem et fubrubrum

Ed. Chart. IX. [129. 130.]

ὑπέρυθρον σημαίνει καὶ πλῆθος αἵματος ἐνδείκνυται καὶ ἀνθηροὺς ὠνόμασεν αὐτὸς ἐν τῷ προῤῥητικῷ, οὓς καὶ ἐξερύθρους ἐκάλεσεν. σημεῖον δ' ἂν εἴη τοῦτο τοῦ κατὰ τὴν κεφαλὴν πλήθους ἠθροισμένου μετὰ θερμότητος.

θ'.

[130] Ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ, σκέλος δὲ ἀριστερὸν ἐκ τῶν βηχωδέων βραχὺ οὐκ ἄξιον λόγου βήξασι, παρελύθη παραπληγικῶς. ἄλλο δὲ οὐδὲν ἠλλοιώθη οὔτε πρόσωπον οὔτε γνώμην, οὐ μὴν ἰσχυρῶς ταῦτα. ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξατο χωρίειν περὶ εἰκοστὴν ἡμέραν, σχεδὸν ἐγένετο ἡ περὶ γυναικείων καταῤῥῆξις καὶ ἴσως τότε πρῶτα γενόμενα· παρθένος γὰρ ἦν.

Ὅταν τὰ τοῦ θώρακος ἄνω πάσχῃ κατὰ τὸ πρῶτόν τε καὶ δεύτερον μεσοπλεύριον, τότε αἱ χεῖρες εἰς συμπάθειαν ἔρχονται, νεύρων εἰς αὐτὰς ἀφικνουμένων ἐκ τούτων τῶν

ſignificat et ſanguinis copiam demonſtrat. Floridos quoque in prorrhetico nominavit, quos praerubros vocaverat. Hoc autem ſignum fuerit plenitudinis cum calore in capite cumulatae.

IX.

Quae ex tuſſi paucum nihilque effatu dignum rejiciebat, huic manus dextra et crus ſiniſtrum ſiderata et reſoluta ſunt; alia vero nulla re neque facie neque mente alterata eſt, ac ne illis quidem partibus admodum. Ad vigeſimum diem in melius coepit procedere, quod fere circa menſtruorum eruptionem contigit, ac tunc fortaſſis primum apparuerunt; erat enim virgo.

Quum ſuperiores thoracis partes ad primum et ſecundum coſtarum interſtitium afficiuntur, tum manus in conſenſum veniunt, nervis ad ipſas ex meſopleuris pro-

Ed. Chart. IX. [130.]
μεσοπλευρίων. οὕτως καὶ Πυθίωνι ἀκηκόαμεν κατ' ἄλλον λόγον, ὅτι διὰ τὰ πτύελα ποικίλα ἤρξατο τρόμος ἀπὸ χειρῶν, καὶ τοῦτο εὐλόγως. τρόμου γὰρ αἰτία ἐστὶν ἡ ἀῤῥωστία τῆς κατὰ τοὺς μῦς δυνάμεως. πεπονθότων δὲ τῶν ἄνω τοῦ θώρακος μερῶν, ἅπερ τῶν τοῦ τραχήλου σπονδύλων ἅπτεται καὶ ἀφ' ὧν αἱ χεῖρες κινοῦνται τῷ βάρει τῶν ὑγρῶν βαρυνόμεναι αἱ χεῖρες, πρὸς τὰς ἐνεργείας ἐγένοντο ἀνεπιτήδειοι. καὶ χρονία βὴξ τῶν πολλῶν ἀποστάσεων ἔκγονός ἐστιν, ἐπειδὴ βῆχες κοπιώδεες, ὡς φησὶν Ἱπποκράτης, καὶ εἰς ἄρθρα στηρίζονται ἢ εἰς τὰς χεῖρας ἢ τοὺς μηροὺς ἢ τὰ σκέλη ἢ τὴν ὀσφῦν ἢ τοὺς ὄρχεις, καθάπερ φησὶν αὐτὸς ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. οἱ μὲν οὖν ἢ φωνῇσι πλέον ταλαιπωρήσαντες ἢ ῥιγώσαντες εἰς κυνάγχας μᾶλλον ἐτελεύτων· οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες εἰς χεῖρας μόνον παραπληγικοί· οἱ δὲ ἱππεύσαντες ἢ πλείω ὁδοιπορήσαντες ἢ ἄλλο τι τοῖσι σκέλεσι ταλαιπωρήσαντες, τουτέοισι δὲ ἐς ὀσφῦν ἢ σκέλεα ἀκρασίαι παραπληγικαὶ καὶ εἰς μη-

cedentibus. Atque ita Pythioni alia quidem ratione contigisse accepimus, quod nimirum propter ſpula diverſa coeperit eum tremor manibus, idque jure. Tremoris ſiquidem cauſa eſt facultatis muſculorum motricis infirmitas. Quare affectis ſuperioribus thoracis partibus quae cervicis vertebris committuntur et a quibus manus moventur, hae manus humorum pondere gravatae ad ſuas functiones obeundas inutiles reddebantur. Etenim diuturna tuſſis multorum abſceſſuum eſt ſoboles, quoniam tuſſes laborioſae, ut loquitur Hippocrates, aut in articulis aut in manibus aut cruribus aut foemoribus aut lumbis aut teſtibus ſtabiliuntur, quemadmodum ipſe ſexto epidemiorum pronunciat. Qui igitur ex immoderatiore vocis contentione laſſati ſunt aut rigore correpti, in anginas magis deſinebant. Qui vero manibus operabantur, in manuum duntaxat paraplegias concidebant. Qui vero equitatu laſſi aut nimiopere de via feſſi aut qui alio modo cruribus laboraverant, his in lumbis aut cruribus impo-

Ed. Chart. IX. [130.]

ρους καὶ κνήμας κόπος καὶ πόνος. σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται αἱ ἐς τὰ παραπληγικὰ ἄγουσαι. ἀλλὰ καὶ ἡ μακρὰ βὴξ λήγει ποτὲ κατ᾽ ἀπόστασιν τὴν εἰς ὄρχεις γινομένην, διὰ κοινωνίαν τῆς φύσεως τῶν μορίων τοῦ τε θώρακος καὶ τῶν τῆς γονῆς ὀργάνων. κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχῶν ἐστὶν ὑπόμνημα κοινωνίας στήθεσι, μαζοῖς, γονῇ, ὑστέρᾳ, ὡς κἀν τῷ περὶ χυμῶν λέγεται. παραπληγικῶς δὲ εἶπε νῦν ὃ ἐν τῷ προῤῥητικῷ παραπληκτικὸν τρόπον γέγραπται. παραπληγίας μὲν καλεῖ τὰς ἐξ ἀποπληξίας εἴς τι μόριον κατασκηπτούσας παραλύσεις. φαίνεται γὰρ παραπληγία τοιοῦτον πάθος ὑπάρχειν ἑνὸς μορίου τοῦ σώματος, ὁποῖόν ἐστιν ἡ ἀποπληξία τοῦ παντὸς σώματος πάθος. ἐὰν γὰρ ὅλον πάθῃ ποτὲ τὸ πρόσθιον ἐγκεφάλου, συμπάσχειν μὲν ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰ περὶ τὴν ὑψηλοτάτην αὐτοῦ κοιλίαν καὶ βλάπτεσθαι τὰς διανοητικὰς αὐτῶν ἐνεργείας. ὁ δὲ ταῦτα πάσχων ἄνθρωπος κεῖται ἀναίσθητός τε καὶ ἀκίνητος, οὐ βλάπτεται δὲ εἰς

tentiae paraplegicae decumbebant, ac femoribus ac tibiis tum laſſitudo tum dolor inſidebat. At intemperantiae duriſſimae ac vehementiſſimae inſiderationes ſeu paraplexias ducunt. Sed et longa tuſſis deſinit interdum in abſceſſum qui in teſtibus procreatur, propter naturalem partium et thoracis et genitalium organorum communionem. Qua etiam ratione teſtibus a tuſſi tum obſeſſis cum pectore, mammis, genitalibus partibus et utero, ſocietatis monumentum eſt, ut et in libro de humoribus dicitur. Paraplegice hic pronunciat, quod in prorrhetico paraplectico modo ſcriptum eſt. Paraplegias quidem vocat eas paralyſes quae ex apoplexia in partem aliquam decumbunt. Paraplegiam namque unius partis corporis affectum talem eſſe conſtat, qualis eſt totius corporis affectus apoplexia. Nam ſi tota pars anterior cerebri afficiatur, quae ſupremum ipſius ventriculum ambiunt partes, eas ſimul affici neceſſe eſt et intellectiles earum actiones laedi. Qui autem haec homo patitur, is tum ſenſus tum motus jacet

Ed. Chart. IX. [130. 131.]

τὴν ἀναπνοὴν, τὸ δὲ πάθος τοῦτο καλεῖται κάρος. ἄλλο δὲ πάθος, ὅπερ ἀποπλη- [131] ξία προσαγορεύεται, τὴν ἀναπνοὴν βλάπτει οὕτως ἰσχυρῶς, ὡς μετὰ πολλῆς βίας ἀναπνεῖν μόγις. ἡ δὲ παραπληγία πολλάκις τὴν τῆς ἀποπληξίας λύσιν διαδέχεται. ἐν τῷ μέσῳ δέ πως ἀμφοῖν, τοῦ τε κάρου καὶ τῆς ἀποπληξίας, ἐστὶν ἡ ἐπιληψία, οὐ μὴν εἰς παραπληγίαν τελευτῶσα. ὁ μὲν οὖν χυμὸς τῶν τριῶν τούτων νοσημάτων αἴτιος ψυχρὸς καὶ παχὺς ἢ πάντως γε γλισχρός ἐστιν. * * * * * οὐ γοῦν θαυμαστὸν, εἰ τῆς χειρὸς ἢ σκέλεος παράλυσις ἐγένετο ἐν τῇδε τῇ γυναικὶ, εἴπερ μὴ ἐπιτηδείως ἐκκαθαίρετο, ἢ κατὰ τὴν πρώτην τῶν γυναικείων κατάῤῥηξιν ἐκρίθη.

ι΄.

Ἀπήμαντος καὶ ὁ τοῦ τέκτονος πατὴρ τοῦ τὴν κεφαλὴν καταγέντος καὶ Νικόστρατος οὐκ ἐξέβησσεν. ἦν δὲ ἑτέρωθι

orbus, illaesa tamen respiratione. Alius autem affectus est qui apoplexia nuncupatur, qui respirationem tam vehementer laedit, ut vix magna vi respirare queas. Paraplegia vero saepe apoplexiae solutione succedit. At utrumque, tum carum tum apoplexiam, quodammodo media interjacet epilepsia, quae tamen in paraplegiam non desinit. Et vero horum trium morborum causa humor est frigidus et crassus aut omnino viscosus, qui praecipuos cerebri ventriculos replet et obstruit. Non igitur mirandum est, si manus aut cruris paralysis hac in muliere creata sit, quae non satis commode expurgata fuerat, quod in prima muliebrium eruptione judicatum est.

X.

Apemantus et fabri illius qui caput ejus fregit pater et Nicostratus nihil quicquam extussiebant. Erant autem

Ed. Chart. IX. [131.]

κατὰ νεφροὺς ἀλγήματα, ἐρωτήματα, ἤρεον γὰρ αὐτοὺς ἀεὶ πληροῦσθαι ποτοῦ καὶ σίτου.

Περὶ τοῦ Ἀπημάντου καὶ τέκτονος καὶ Νικοστράτου λέγει αὐτὸς ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ὧν τὰ ἐν τῇ ἕδρᾳ ἀλγήματα, ἐν τῷ δεξιῷ κενεῶνι καὶ παρὰ τὸν ὀμφαλὸν κάτωθεν ὀλίγον διηγεῖται καὶ ἄλλα πολλὰ προστίθησι. ἐν δὲ τῷδε τῷ Ἀπημάντῳ φησὶ τὸ πλῆθος τῶν ποτῶν καὶ σίτων αἰτίαν τοῦ νοσήματος γεγονέναι. διὸ γέγραπται ἐν ταῖς ἐπιδημίαις, ὀδύνας βαρείας εἰς νεφρὸν, ὅταν πληρῶνται σίτου, λύεσθαι δὲ, ὅταν σίτων κενωθῶσι. καὶ τοῦτο εὐλόγως. ἡ μὲν γὰρ διὰ τὸν σῖτον γινομένη ὀδύνη κατὰ τοὺς νεφροὺς ἐπὶ τὸ θλίβεσθαί τε καὶ βαρύνεσθαι πρὸς τοῦ πλήθους τε καὶ βάρους τῶν περιττωμάτων εὐθέως ἅμα τῷ διαχωρῆσαι κάτω ταῦτα καθίσταταί τε καὶ παύεται τελέως.

---

alibi circa renes dolores. Ad interrogata dicebant ipſos ſemper potu et cibo impleri.

De Apemanto et fabro et Nicoſtrato idem dicit in quarto epidemiorum, quorum dolores in ano et dextro ceneone et paulo infra umbilicum enarrat, quibus alia multa adjungit. In praeſenti vero Apemanto pronunciat cibi et potus copiam morbi cauſam exſtitiſſe. Ideo ſcriptum eſt in epidemiis graves et acerbos dolores renibus inſidere, quum cibo replentur, ſed eos ſolvi, quum vacuantur cibis. Idque merito. Qui namque ob cibum renibus dolor oboritur, quod excrementorum tum copia tum pondere premantur graventurque, quam primum, ſimul atque haec per inferiora dejecta fuerint, quieſcit ceſſatque prorſus.

Ed. Chart. IX. [131.]

ια'.

Ὀδύνας τὰς ἰσχυροτάτας ὅτῳ τρόπῳ διαγνοίη ἄν τις ἰδὼν, ὁ φόβος, αἱ εὐφορίαι, αἱ ἐμπειρίαι καὶ αἱ δειλίαι.

Αὕτη ῥῆσίς ἐστιν ὅλη συμβουλευτική. παραινεῖ γὰρ χρῆν τὰς τῶν ὀδύνων διαφοράς τε καὶ διαθέσεις γνῶναι τὸν ἰατρὸν καὶ ἡμᾶς διαγνωστικοὺς γενέσθαι τῶν καιρῶν τε καὶ περιγραφῶν τῶν ἐν ταῖς ὀδύναις, ὡς καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν κελεύει. ὁ δὲ τρόπος καὶ σφοδρότης αὐτῶν ἔκ τε τῆς εὐφορίας καὶ δυσφορίας τῇ ἐμπειρίᾳ ἢ δειλίᾳ διαγινώσκεται. τὰς μὲν οὖν διαφορὰς παρ' αὐτῶν τῶν καμνόντων ἐστὶν ἀκοῦσαι. τινὲς μὲν γὰρ ὡς ἀπὸ βελόνης αὐτοὺς νύττεσθαι δοκοῦσιν, ἄλλοι δὲ ὡς ἀπὸ τρυπάνου τιτρᾶσθαι, ἄλλοι δὲ θλᾶσθαι καὶ διασπᾶσθαι [132] καὶ τείνεσθαι καὶ κατασπᾶσθαι καὶ βάρους τινὸς αἴσθησιν ἔχειν, ἐνίοτε μὲν ἐκκρεμαμένου τῶν ὑπερκειμένων, ἐνίοτε δ' ἐγκειμένου τοῖς περιέχουσιν. ἄλλοι δὲ πάλιν ἀσᾶσθαι λέγουσι τὸν στόμα-

XI.

Dolores vehementiſſimos conſpicatus quidam quomodo dignoverit, terror, tolerantia, experientiae et animi anguſtiae indicant.

Haec oratio tota conſultoria eſt. Hortatur enim dolorum differentias ac ſpecies noſſe medicum decere, nosque dolorum et tempora et circumſcriptiones dignoſcere, ut etiam ſexto epidemiorum imperat. Dolorum autem genus et vehementia ex facili aut difficili tolerantia, experientia vel timore dignoſcitur. Itaque dolorum differentiae ab ipſis aegrotis accipiendae ſunt. Quidam enim tanquam ab acu ſe pungi credunt; alii vero ut a terebro admodum perforari; alii frangi et contundi, divelli, tendi, detrahi et ponderis cujusdam ſenſum habere, interdum quidem imminentibus partibus ſuſpenſi, interdum vero ambientibus incumbentis. Alii narrant ſtomachum jactari et concidere. Alii dolorem vehementem, gravem, violentum et

Ed. Chart. IX. [131.]

χον καὶ ἀλύειν, ἄλλοι δὲ πόνον σφοδρὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ βίαιον καὶ συνεχῆ ἢ διαλείποντα, ἄλλοι δὲ λέγουσι θλίβεσθαι αὐτοῖς τὸν στόμαχον, ἄλλοι δὲ ὡς ἔξωθέν τινος ἐπικειμένου βάρους, ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ δεξιὸν ὑποχόνδριον ἐν τῷ σφοδρότερον ἀναπνεῖν, αἴσθησις βάρους γίνεται καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτὸς, τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ ἐν στήθεσι καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι εἰ μέγα διαφέρουσι καταμαθητέον. συντείνει μὲν γὰρ τοῦτο μὴ μόνον εἰς διάγνωσιν τοῦ πεπονθότος τόπου, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν πρόγνωσιν τῶν γενησομένων περὶ τὸν κάμνοντα καὶ εἰς τῆς θεραπείας εὕρεσιν.

ιβ'.

Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενον ἀεὶ κουφότερον.

Ἡ τοῦ ὕδατος κουφότης κρίνεται τῷ ταχέως θερμαίνεσθαι καὶ τῷ ταχέως ψύχεσθαι, τὸ δ' ἄριστον συστάσει,

continuum aut intermittentem pati. Alii afferunt ſibi ſtomachum comprimi, nonnulli tamquam ab externo quodam ſuperpoſito pondere, interdum etiam in dextro hypochondrio dum vehementior editur reſpiratio, ponderis ſenſus concitatur, propterea ipſe pronunciat: qui dolores in lateribus et pectore aliisque in locis decumbunt, an magnopere inter ſe differant diſcendum eſt. Id enim non ſolum ad loci affecti dignotionem, verum etiam ad eorum quae circa laborantem agenda ſunt praenotionem, etiam ad curationis inventionem confert.

XII.

Aqua quae cito caleſcit et cito frigeſcit perpetuo levior eſt.

Aquae levitas quod cito caleſcat et cito frigeſcat cognoſcitur. At aqua optima conſiſtentia, guſtu, odore et

Ed. Chart. IX. [132.]
γεύσει, ὀσμῇ καὶ χροιᾷ. καὶ τῇ μὲν γεύσει καὶ τῇ ὀσμῇ, ἵνα μηδεμίαν ἀλλόκοτον ὑπεμφαίνῃ ποιότητα, ὡς μήτε γλυκὺ ὑπάρχειν μήθ' ἁλικὸν μήτ' ὀξῶδες ἢ δριμὺ ἢ δυσῶδες ἢ σηπεδονῶδες ἢ ἄλλην τινὰ ποιότητα ἔχειν, ἀλλ' ἄποιον παντελῶς καὶ χωρὶς πάσης ἐπικτήτου ποιότητος καὶ χωρὶς πάσης ἐπιμιξίας γευστικῆς τε καὶ ὀσφαντικῆς. ἐχέτω δὲ μηδὲν ἰλυῶδες, ἀλλ' ἔστω διαυγὲς καὶ καθαρὸν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἐμφερομένων ψηγμάτων ἀπηλλαγμένον. ἔσται μὲν τὸ τοιοῦτον λεπτομερὲς καὶ ῥᾳδίως πέψεται καὶ ἀναδοθήσεται καὶ τὰ ὑποχόνδρια ταχέως διεξέρχεται καὶ τῇ θερμότητι καὶ τῇ ψυχρότητι ἔσται εὐαλλοίωτον καὶ τὰς ἐναντίας ποιότητας ῥᾳδίως δέξεται καὶ τὸ τοιοῦτον ἔσται ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ὕδωρ κυρίως καλέσεται. φυλάττεσθαι δὲ δεῖ τὸ λιμναῖον καὶ θολερὸν καὶ δυσῶδες καὶ ἁλικὸν καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ὅσον τινὰ ποιότητα κατὰ τὴν γεῦσιν ἐνδείκνυται. χρὴ γὰρ ἀποιότατον φαίνεσθαι τὸ κάλλιστον ὕδωρ, εἴη δ' ἂν τὸ τοιοῦτον ἥδιστον τῷ πίνοντι. ἐπιμελῶς δὲ βασανιστέον τοῦτο,

colore probatur. Guſtu quidem et odore, ita ut nullam alienam prae ſe ferat qualitatem, ut neque ſit dulcis, neque ſalſa, neque acida, neque acris aut foetida aut putrida aut aliam quandam qualitatem ſortiatur, ſed omnis omnino qualitatis expers et citra omnem omnino qualitatem et citra omnem admixtionem, guſtum vel odoratum ferientem. Nihil autem limoſum habeat, ſed ſit limpida, pura et iis quae in eam injiciuntur ramentis libera. Erit certe hujusmodi aqua tenuium partium et facile coquetur et diſtribuetur et celeriter hypochondria pervadet tum calore tum frigore mutabilis et contrarias qualitates prompte acceptura, atque talis aqua erit frigida et humida et aqua proprie vocabitur. Cavere autem oportet paluſtrem, turbidam, graveolentem, ſalſam et, ut ſummatim dicam, quaecunque aliam qualitatem guſtui repraeſentat. Oportet enim optimam aquam qualitatis omnis omnino expertem eſſe. Fuerit autem talis bibenti jucunda. Haec ſtudioſe exploranda eſt, quod aqua omnibus hominibus tum ſanis

Ed. Chart. IX. [132. 133.]

ὅτι καὶ κοινότατον ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶν ὑγιαίνουσί τε καὶ νοσοῦσι καὶ ἀναγκαιότατον εἰς τὴν ζωήν. φαίνεται μέντοι Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων οὕτως περὶ ὕδατος διαλέγεσθαι, ὡς οὔτε τμητικὸν ἔχειν τὸ ὕδωρ, ὥσπερ καὶ ὄξος, οὔτε θερμὸν, ὥσπερ τὸ μέλι, ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις. διὸ βραδύπορον καὶ δύσπεπτον καὶ δυσυποβίβαστον, κἂν ἄλλως ἄριστόν τε καὶ ἄμεμπτον ᾖ. εἰ γὰρ κατὰ τὴν γαστέρα μένῃ πολλῷ χρόνῳ, κλύδωνας αὐτῇ εἴωθεν ἐργάζεσθαι· ὅταν δὲ ἐκείνη χολώδης ᾖ, συνδιαφθείρεται [133] καὶ αὐτὸ, κἀπειδὰν ὑπέλθοι μόλις ἐκ τῆς κοιλίας εἰς τὴν νῆστιν, οὐκ ἀναδίδοται ῥᾳδίως, οὔτ' εἰς ἧπαρ οὔτε πολὺ μᾶλλον εἰς νεφροὺς καὶ θώρακα καὶ πνεύμονα καὶ διὰ ταῦτα οὔτε οὖρα κινεῖν πέφυκεν, οὔτε πτύελον ἀνάγειν, ἀλλ' οὐδὲ τὰς δι' ὅλου τοῦ σώματος ἐργάζεται διαπνοὰς, ἀλλ' οὐδὲ οἷόν τέ ἐστι τῇ ζωτικῇ δυνάμει ῥώμην παρέχειν. διὸ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν νοσούντων ἀποχωρῶν αὐτοῦ πρός τε μελίκρατον καὶ ὀξύμελι καὶ οἶνον ἀφικνεῖται. ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἔνθα γράφει, ὕδωρ ἀφεψηθὲν καὶ τὰ λοιπὰ,

tum aegris communiffima fit et ad vitam maxime neceffaria. Hinc Hippocrates in opere de victus ratione in morbis acutis fic de aqua differere confpicitur, ut aqua neque incidendi facultatem confequatur, quemadmodum acetum, neque calidum ut mel in acutis morbis, propterea quod tarde permeet et difficilis fit coctionis et aegre fubducatur, etiamfi alias optima et innoxia fit. Si namque diu in ventre moretur, ipfi fluctuationes efficere confuevit, qui quum biliofus fit, ipfa etiam corrumpitur. Et poftquam e ventriculo in hilam vix defcenderit, non facile diftribuitur, neque ad jecur, neque multo magis ad renes et thoracem et pulmonem, propter eaque neque urinas ciere folet, neque fputum educere; imo neque univerfi corporis perfpirationes efficit. Propterea Hippocrates aegrotis ipfa prohibita, mellicratum, oxymel et vinum concedit. In fexto epidemiorum ubi fcribit, aqua cocta et quae fequuntur caetera, non prout oratio poftulat,

Ed. Chart. IX. [133.]

οὐκ εἴρηκε κατὰ τὴν ῥῆσιν ἐπὶ τίνων παθῶν ἢ τίνος ἕνεκα χρείας ἀφεψεῖν προσήκει τὸ ὕδωρ, εἴτ' οὖν ἅπαν εἴτε μόνον τὸ μοχθηρόν. ἡμεῖς δὲ σαφῶς πάντα διωρίσαμεν καὶ ἐλέξαμεν ὅτι μόγις ἄμεμπτον εὑρήσεται ὕδωρ. καλῶ δὲ ἄμεμπτον τὸ μήτε ἰλύος ἔχον τι μήτε δυσῶδες, ἀποιότατον δὲ γευομένοις. τοῦτο δὲ λέγω, ὅτι ἔνια ἀτόπους ἐπιμεμιγμένας ἔχει ποιότητας ἁλῶν ἢ νίτρου ἢ θείου ἢ ἀσφάλτου καὶ στυπτηρίας καὶ ἑτέρων πολλῶν τῶν τοιούτων. γίνεται δὲ καὶ κακὸν ὕδωρ δι' ἐπιμιξίαν ἀέρος μοχθηροῦ. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι κακίαι αὐτοῦ, αἵπερ διαγινώσκονται διὰ τῶν ἑψομένων ἐν αὐτῷ. τάχιστα μὲν γὰρ τὰ σιτία ἐν τοῖς ἀρίστοις ὕδασι, βραδύτατα δὲ ἐν τοῖς μοχθηροῖς ἕψεται, καὶ καλεῖται δὲ τὰ οὕτω μοχθηρὰ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ἀτέραμνα. ἀσφαλέστατον δὲ κεκρίσθαι τῇ πείρᾳ τὸ ὕδωρ. εἰ δὲ καὶ διὰ γνωρισμάτων τις ἐθέλοι προγινώσκειν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ἔχει ταῦτα πάντα παρ' ἡμῖν παραδιδόμενα ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὑγιεινῶν ἀκριβῶς. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περὶ ὑδά-

enunciavit quibus in morbis aut cujus utilitatis gratia aquam vel omnem vel pravam duntaxat coquere oporteat. Nos autem omnia perſpicue definivimus diximusque vix aquam innoxiam comperiri poſſe. Innoxiam autem voco quae neque luti quicquam contineat, neque graveoleat, nullam denique guſtantibus qualitatem repraeſentet. Hoc autem enuncio quod nonnullae incommodas admixtas ſortiantur qualitates ſalis vel nitri vel ſulphuris vel bituminis et aluminis aliarumque hujusmodi multarum rerum. Fit quoque vitioſa aqua propter pravi aëris admixtionem. Sunt vero et alia aquae vitia, quae rebus in ipſa decoctis dignoſcuntur. In optimis ſiquidem aquis citiſſime, in pravis vero tardiſſime cibi concoquuntur, atque hae aquae ita vitioſae ab antiquis crudae et incoctae vocantur. Porro tutiſſimum eſt aquam experientia judicaſſe. Si quis vero et certis ſignis velit ipſius vires praenoſcere, haec habet a nobis omnia in primo de ſanitate tuenda accurate tradita. Sed et in libro de aëre, locis et aquis

των, χωρῶν καὶ τόπων ὑφ' Ἱπποκράτους πάντα σχεδὸν γέγραπται καὶ ἡμεῖς ἡρμηνεύσαμεν.

ιγ'.

Τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα πείρης δεῖ, εἰ ἐπὶ τὸ ἴσον μένει.

Ἄδηλόν ἐστι, πότερον τὸ ἐπὶ τὸ ἴσον μένειν ἀκουστέον ἐστὶ περὶ τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ τροφαὶ κατεργάζονται, ἢ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων, καθ' ὃν λόγον εἶπεν αὐτὸς ἰσχυρὰ καὶ ἀσθενῆ διαιτήματα εἶναι, τουτέστι βραχεῖαν τροφὴν ἢ μακρὰν διδόναι τοῖς σώμασι καὶ τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρονίαν βιοτὴν ἔχειν, ὥσπερ ἔχουσι τὰ λάχανά τε καὶ τῶν ἀκροδρύων τὰ πλεῖστα. καὶ ἀλλαχοῦ, βρώματα τὰ μὲν ταχέως κρατέεσθαι, τὰ δὲ βραδέως, ὅτι τὰ ἐσθιόμενα διαφέρουσιν ἀλλήλοις τῷ τὰ μὲν ταχέως, τὰ δὲ βραδέως μεταβάλλεσθαι καὶ πέττεσθαι ὑπὸ τοῦ σώματος

prope omnia ſcripta ſunt, quae etiam nos interpretati ſumus.

XIII.

Cibi et potus num ad aequalitatem maneant, experientia opus habent.

Abditum eſt utrum ad aequalitatem manere intelligendum ſit de tempore quo alimenta conficiuntur, an de alimentorum facultatibus, qua ratione ipſe pronunciat fortes ac debiles vitae rationes, hoc eſt breve aut diuturnum corporibus alimentum exhibere et debiliores cibos paucum brevi nutrimentum continere, cujusmodi ſunt olera et plurimi arborum fructus. Et alibi: ciborum alios celeriter, alios tarde domari, quod quae commeduntur, inter ſe differant, quod haec quidem cito, illa tarde in corpore commutentur, coquantur, apponantur ipſique aſſi-

καὶ προστίθεσθαι καὶ ἐξομοιοῦσθαι αὐτῷ. ἡμεῖς δὲ ἐν τρισὶ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων τίνα μέν ἐστι τῶν κατὰ μέρος ἐδεσμάτων ταχέως πεττόμενα καὶ αἱματούμενα καὶ τρέφοντα, τίνα δὲ βραδέως, διήλθομεν, καὶ οὐ χρὴ νῦν μηκύνειν τὸν λόγον. πότερον δὲ βρώματα καὶ τὰ πόματα ἐπὶ τὸ ἴσον μένει ἀμφισβητήσειεν ἄν τις. ἀλλ᾽ [134] ὅμως φησὶν αὐτὸς ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σίτου. γέγραφε δὲ καὶ ἐν τῷ περὶ τροφῆς οὕτως, ὁκόσοι ταχίστης προσθέσεως δέονται, ὑγρὸν ἴημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμεως ἄριστον. ὅκου δὲ ἔτι ταχυτέρας δεῖ ὀσφρήσεως ἡ χρεία τε καὶ τῶν τροφῶν πεῖρα μᾶλλον ὠφελεῖ κατὰ τὴν τῶν καθ᾽ ἕκαστα τῆς φύσεως διάθεσιν καὶ τῆς τροφῆς ἰδιότητας. καὶ γάρ τινα τοῖς καθ᾽ ἕκαστα διδόναι καὶ μὴ τὸν καθόλου κανόνα φυλάττειν χρὴ, διότι ἄλλα μᾶλλον τῶν ἄλλων τοῖσδε ἢ τοῖσδε ἀρέσκει καὶ χρησιμεύουσιν, ὧν λόγον οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἢ μὴ μακρᾷ πείρᾳ τε καὶ χρήσει διαγινώσκεσθαι. ταύτας δὲ τὰς καθ᾽ ἑκάστην τροφὴν ἀρετὰς

milentur. Nos autem tribus in libris de alimentorum facultatibus quaedam edulia esse peculiaria, quae celeriter quidem coquuntur, sanguinem creant ac nutriunt, quaedam vero tarde, recensuimus. Quare hunc prolixiorem de his orationem habere non opus est. Utrum vero cibi et potus peraeque maneant nonnullus dubitaverit. Verum tamen ipse decernit facilius esse potu quam cibo repleri. Libro quoque de alimento sic scribit: quicunque celerrima appositione indigent, his humidum remedium ad virium instaurationem optimum est. Quum vero etiamnum celeriori opus est odoratu, aut alimentorum tum usus tum experientia magis auxiliantur pro peculiari singulorum naturae dispositione et alimenti proprietate. Etenim nonnulla quibusdam concedere, neque universalem *hac in re* sequi regulam oportet, quod alia aliis magis his quam illis placeant et conferant, quorum ratio nonnisi longa experientia et usu dignosci non potest. Hasce vero peculiares cujusque alimenti virtutes considerandas esse ipse

Ed. Chart. IX. [134.]
σκοπεῖσθαι δεῖν ἔοικε λέγειν αὐτὸς ἐν τῷ περὶ τροφῆς, ὅτε γράφει, ὑγρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον ἢ ξηρή. ξηρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον ἢ ὑγρή. ταῦτα τοίνυν μὴ μόνον ἐς τὴν μεταβολὴν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς ποιότητάς τε καὶ δυνάμεις τῶν τροφῶν ἀναφέρειν δυνατόν. ἐν δὲ νόσοις τῆς τε γαστρὸς καὶ τοῦ ἥπατος μετρίαν εἶναι χρὴ τὴν τῶν τροφῶν ποσότητα καὶ ὡρισμένην, ἵνα οὐδέτερον μὴ βαρύνοιτο.

ιδ'.

Ῥητέον ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοιοῦνται καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ὅτι πρὸς τὸ ὑγραίνειν καὶ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν καὶ ψύχειν πολλὰ ἄν τις τοιαῦτα εὕροι.

Ἐκ τῆς ἀμέτρου ῥύσεως τοῦ αἵματος ἐκχλοίεται τὸ σῶμα, τουτέστι τὸ χρῶμα μαραίνεται καὶ ἐκ τοῦ ὠχροῦ χλοῶδες ἢ χλωρὸν γίνεται, καὶ εἰκότως· τὸ γὰρ χρῶμα τῶν

profiteri videtur libro de alimento his fcriptis: humidum alimentum quam ficcum facilius mutatur; ficcum alimentum quam humidum promptius mutatur. Haec itaque non folum ad mutationem, verum etiam ad alimentorum tum qualitatem tum facultates referre poffumus. In morbis autem tum ventris tum jecoris mediocrem et circumfcriptam oportet effe alimentorum quantitatem, ut neutrum gravetur.

XIV.

Dicendum quod effluente fanguine ex pallido virefcant et quaecunque hujusmodi caetera. Quod ad humectandum, ficcandum, calefaciendum et refrigerandum talia multa quidam invenerint.

Ex immoderato fanguinis profluvio corpus ex pallido virefcit, hoc eft colore marcefcit et ex pallido viride aut

Ed. Chart. IX. [134.]
χυμῶν ἐστὶ τῶν ἐπικρατούντων δηλονότι. οὕτω τὰς γλώττας χλωρὰς εἴρηκεν αὐτὸς, αἷς ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλει, τῷ ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς καὶ μελαίνας, ἀπὸ μελαίνης χολῆς· ἐρυθρὰς δὲ ἀπὸ αἵματος καὶ ἀπὸ τοῦ φλέγματος αἱ λευκαὶ γίνονται. πολλοῦ γοῦν αἵματος ῥυέντος τὸ τοῦ σώματος ἀκμαῖον χρῶμα ἀπανθεῖ καὶ χλοιοῦνται, ὡσεὶ καὶ χλωραίνεται, ὅπερ χλωράζεσθαι ἢ λαχανίζεσθαι λέγεται. εἰώθασι μὲν γὰρ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν φυτῶν τὸ χλωρὸν λέγειν ἀπὸ τῆς χλοῆς καὶ τοῦ ταύτης χρώματος ὡς τὰ πολλά· ἔστι δ' ὅτι καὶ τοὺς ὠχροὺς προσαγορεύουσι χλωρούς. τὸ γοῦν σῶμα χλοιοῦσθαι λέγεται, ὅταν τὸ ἀνθηρὸν ἀφανίζηται καὶ ἀπολειφθὲν τοῦ αἵματος πελιδνὸν καὶ ὡς νεκρῶδες φαίνηται, καθὸ γέγραπται ἐν τῷ προῤῥητικῷ, τὰ τεταγμένοισι χρόνοισι αἱμοῤῥαγέοντα διψώδεα δύσκολα, ἐκχλοιούμενα, μὴ αἱμοῤῥαγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ. καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν· οἷσιν αἷμα ῥεῖ πολὺ ἐκ ῥινῶν, οἷσι μὲν ἄχροιαι ἄκριτοι, τούτοισι ὀλίγα ἀρήγουσιν. συν-

viride pallens redditur, ac merito: color enim eft humorum praedominantium effectus. Sic linguas virides fieri ipfe protulit, quarum in viridius color tranfit, ex pallida nimirum bile, rubras autem ex fanguine, albas denique ex pituita. Copiofo itaque effluente fanguine vegetus corporis color flore exuitur, virore inficitur et ex viridi pallet, quod pallore deforme effe et herbaceo colore deformari dicitur. Confueverunt enim Graeci ftirpibus virorem ab herba et hujus colore plerumque denominare, fed accidit interdum pallidos virides appellari. Corpus igitur viride fieri dicitur, quum floridus illius color deperditur et fanguine defraudatum, lividum et quafi cadaverofum apparet, quemadmodum in prorrhetico fcriptum eft: *Quae ftatis temporibus fanguinis eruptionibus afficiuntur et fitibundi, difficiles et viridicati fiunt, haemorrhagia ceffante, epileptici fiunt.* In fexto epidemiorum: *Quibus copiofus e naribus profluit fanguis, quibus et decolorationes citra judicium oriuntur, iis pauca auxiliari queunt.* At haec

Ed. Chart. IX. [134. 135.]
ἤθης δ' ἐστὶν ἡ λέξις τῷ παλαιῷ· καὶ γὰρ ἐν ταῖς Κωακαῖς γράφει τάδε, τὰ ἰκτερώδεα οὐ πάνυ τὰ ἐπαισθανόμενα, οἷσι λύγγες κοιλίαι καταῤῥήγνυνται, [135] ἴσως δὲ καὶ ἐπίστασις, οὗτοι ἐκχλοιοῦνται. καὶ πάλιν· ἰκτερώδεες ἄρα ἐπιστάντων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται. καὶ ἐπὶ τῷ τέλει· ἦν δύσπνοοι ἔωσι πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι, εὔπνοον, ἄσιτόν τε, κοιλίης ἐπεισελθούσης, ἐν αἷς ῥήσεσι πανταχοῦ ἐκχλοιοῦσθαι χλωραίνεσθαι σημαίνει. προσέθηκε δὲ καὶ ὅτι πολλὰ τοιαῦτα βρώματα ἢ πόματά τις εὕροι, ὡς συνεργοῦντα πρὸς τὸ θερμαίνειν καὶ ψύχειν καὶ ξηραίνειν καὶ ὑγραίνειν. τὸ γὰρ πρὸς οὐκ εἶπεν ὡς ἐναντιούμενος, ἀλλὰ ὡς συνεργοῦντα πρὸς ταῦτα, καθάπερ λέγει, πρὸς τὰς ἀρχὰς τοὺς παροξυσμοὺς ἐπισκέπτεσθαι, οὐκ ἐν μόναις ταῖς ἀρχαῖς τοῦτο σκοπεῖν, ἀλλ' ἐν ὅλοις τοῖς νοσήμασιν.

ſeni conſueta eſt dictio. Etenim in Coacis haec ſcribit: *icterici non ita exquiſito ſenſu praediti, quibus ſingultus oboriuntur, his alvi erumpunt, ſed et fortaſſis ſupprimuntur, hi virore inficiuntur.* et prope finem: *ſi difficulter ſpirarent;* ad hoc ubi quis cum virore palleſcit, bene ſpirare noxium non eſt, quibus in locis omnibus τὸ ἐκχλοιοῦσθαι *virore infici* ſignificat. Addidit autem quod copioſos praeterea hujusmodi cibos ac potus invenire poſſit aliquis qui adjuvet ad calefaciendum, refrigerandum, exſiccandum et humectandum. Nam praepoſitionem πρὸς non dixit ut contrarium ſignificet, ſed ut ad haec adjuvet, quemadmodum enunciat; acceſſionum in principiis habendam eſſe conſiderationem hortatus, non in ſolis principiis id ſpeculandum, ſed in univerſa morborum hiſtoria.

Ed. Chart. IX. [135.]

ιε'.

Τὸ ἑξηκονθήμερον ἀπόφθαρμα ἄρσεν τόκων ἐν ἐπισχέσεσιν ὑγιηρόν.

Δέδεικται τοὺς χρόνους τῶν κυουμένων εἶναι τέτταρας. πρῶτον μὲν, ἐν ᾧ κατὰ τὰς ἀμβλώσεις τε καὶ κατὰ τὰς ἀνατομὰς ἡ τοῦ σπέρματος ἰδέα κρατεῖ. καθ' ὃν χρόνον ταύτην σύστασιν οὔπω κύημα ὀνομάζει, ἀλλὰ γονὴν Ἱπποκράτης. δεύτερον δὲ, ὅταν ἡ καρδία καὶ ἐγκέφαλος καὶ τὸ ἧπαρ ἀδιάρθρωτα μὲν ἔτι καὶ ἄμορφα, πῆξιν δ' ἤδη τινὰ καὶ μέγεθος ἀξιόλογον ἔχει, καὶ τότε κύημα καλεῖται. τρίτος δὲ χρόνος ἐστὶν, ὅταν τρεῖς ἀρχὰς ἐναργῶς ἐστὶν εἰδεῖν, ἀλλ' ἀμυδροτέρα ἐστὶν ἡ κατὰ τὰ κῶλα ἰδέα. τέταρτος δὲ οὗτός ἐστιν, ἡνίκα ἤδη τά τε ἐν τοῖς κώλοις πάντα διήρθρωται καὶ οὐδ' ἔμβρυον ἔτι, ἀλλὰ ἤδη καὶ παιδίον ὀνομάζεται, ὅτε καὶ ἀσκαρίζειν καὶ κινεῖσθαι, ὡς ζῶον ἤδη τέλειόν φησιν Ἱπποκράτης. τὰ μὲν κυούμενα ἑνὸς ἢ δυοῖν μηνῶν

XV.

Ejectus abortu foetus mafculus fexaginta dierum in partuum fuppreffionibus falubris.

Quatuor effe partuum tempora demonftratum eft. Primum quidem, quo tum in obtufionibus tum in divifionibus feminis idea vincit, quo tempore hanc compofitionem nondum conceptum, fed foeturam nominavit Hippocrates. Secundum vero quum cor et cerebrum et jecur inarticulata quidem etiamnum ac informia funt, verum concretionem jam aliquam et magnitudinem infignem fortiuntur tuncque conceptus vocatur. Tertium autem tempus eft, quum tria principia manifefte deprehenduntur, verum obfcurior eft membrorum forma. Quartum denique tempus eft, quum omnia jam membra articulata funt, neque amplius embryon, fed jam puer nominatur, quo tempore et faltare et moveri incipit, ita ut animal perfectum appellet Hippocrates. Qui itaque conceptus uno

Ed. Chart. IX. [135.]
ῥᾳδίως διαφθείρονται. τριῶν δὲ καὶ τεττάρων δυσπαθέστατα τῶν ἄλλων εἰσὶ, καὶ τοῦτο γινώσκων αὐτὸς ἐν ἀφορισμοῖς εἶπε, τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ τετράμηνα καὶ ἄχρις ἑπτὰ μηνῶν, ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια καὶ πρεσβύτερα εὐλαβεῖσθαι δεῖ. αἴτιον ὅτι οἱ δεσμοὶ, καθ' οὓς τῇ μητρὶ συμπεφύκασι ἀσθενεῖς εἰσὶ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα μαλακόν. τοῖς δὲ τῆς ἀποκυήσεως μεγάλοις οὖσι πολλῆς δεῖται τροφῆς ὡς ἀποροῦντα, πολλάκις ἐν τοῖς νοσήμασι, μάλιστα δὲ ὀξέσι, διαφθείρεται. ἔστιν ὅτε καὶ ἐν τῇ διὰ τὴν τοῦ αἵματος ἐπίσχεσιν δυστοκίᾳ, διὰ μέγαν καὶ ἰσχυρὸν πόνον τῆς γυναικὸς, τῆς ἐπιχειρούσης τὸν τόκον ἐξελαύνειν, τὰ μόρια τὰ γυναικεῖα ἀφίστανται. ὃ δὲ λέγει νῦν περὶ ταύτης τῆς γυναικὸς, ὅτι ὑγιηρὸν ἦν, οὐ θαυμαστὸν, ἐκουφίζετο γὰρ ἡ νόσος ὑπὸ τῆς ἀποφθορᾶς καὶ ἡ γυνὴ ἐσώθη.

---

aut duobus menſibus eduntur, facilem abortum ſubeunt, qui vero trium aut quatuor ſunt menſium, caeterorum difficillime abortum patiuntur idque notum ipſe habet in aphorismis, ubi pronunciat: *Praegnantes medicamentis purgandae ſunt, ſi humor turgeat, quadrimeſtres et ad ſeptimum usque menſem, ſed hae minus; minoribus autem aut grandioribus foetibus cavendae ſunt purgationes.* Cauſa, quod vincula quibus matrici foetus connectitur, imbecilla ſunt, univerſumque corpus molle. Quod autem conceptione magni ſunt, his copioſo alimento opus eſt, qui ſaepius in morbos ac potiſſimum acutos delflui abortiuntur. Verum etiam nonnunquam accidit in difficili partu propter ſanguinis ſuppreſſionem ex magno ac vehementi mulieris labore partum expellere conantis, quum partes muliebres a ſe invicem ſejunguntur. Quod autem nunc dicit de hac muliere *abortum ſalubrem eſſe,* mirum non eſt, morbus enim ex abortu levabatur et mulier ſalva evaſit.

Ed. Chart. IX. [136.]

ιστ'.

[136] Ἡράκλεις, ᾧδε τοῦ κακοῦ ὀγδοαίῳ.

Ἀσαφὴς ὁ λόγος, διὰ τὸ μήτε τὴν ἰδέαν τοῦ κακοῦ μήτε τοῦ νοσήματος εἰπεῖν.

ιζ'.

Δυσεντεριώδης μᾶλλον ὅστις ἄρα καὶ τενεσμώδης.

Οἱ πρῶτοι ἰατροὶ πολλὰ τῶν ὀνομάτων ἀπὸ τοῦ βεβλαμμένου μορίου τοῖς νοσήμασιν ἐπήνεγκαν, τοιαῦτά ἐστι πλευρῖτις καὶ περιπνευμονία καὶ ἰσχιὰς καὶ ποδάγρα καὶ νεφρῖτις καὶ ἀρθρῖτις καὶ ὀφθαλμία τε καὶ δυσεντερία, πολλὰ δὲ ἀπὸ τοῦ συμπτώματος ὡς εἴλεος καὶ τενεσμὸς καὶ σπασμὸς καὶ παλμὸς καὶ τρόμος καὶ παράλυσις καὶ ἀπεψία καὶ δύσπνοια καὶ ἄπνοια καὶ ἀγρυπνία καὶ παραφροσύνη καὶ κῶμα. πολλὰ δὲ ἀπ' ἀμφοῖν ἅμα, ὡς κεφαλαλγία καὶ ὠταλγία καὶ

XVI.

Proh Herculem! mali octavo die intumuit.

Abdita oratio, quod neque mali, neque morbi ideam proferat.

XVII.

Quicunque tenesmo prehenditur, is sane magis dysentericus evadit.

Primi medici multa nomina morbis a parte laesa imposuerunt. Hujusmodi pleuritis, peripneumonia, ischias, podagra, nephritis, arthritis, ophthalmia et dysenteria. Multa vero a symptomate, ut ileus, tenesmus, convulsio, palpitatio, tremor, paralysis, apoplexia, dyspnoea, apnoea, insomnia, delirium et coma; multa etiam ab utroque, ut cephalalgia, otalgia, cardialgia et hysteralgia, quemadmodum et ab existimata causa morbi, ita nominatur melan-

καρδιαλγία καὶ ὑστεραλγία. ὡς καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας τῆς δοξαζομένης οὕτως ὀνομάζεται μελαγχολία καὶ χολέρα. ἴσως δὲ καὶ ὁ λευκοφλεγματίας ὕδερος, ὡς καὶ καθ' ὁμοιότητα, τοιούτου γένους ἐστὶ, καλούμενος ἐλέφας καὶ καρκίνος καὶ πολύπους καὶ σταφυλὴ, λεύκη καὶ ἄνθραξ καὶ ὀφίασις καὶ μελικηρὶς καὶ σύκωσις, πολλὰ δὲ εὑρήσεις τῶν νοσημάτων ὀνόματα, ἃ μήτε τόπου ἅπτονται πεπονθότος, μήτε τῆς ποιούσης αἰτίαις, ὡς φλεγμονὴ, γάγγραινα, σκίῤῥος, ἐρυσίπελας, ἀπόστημα, οἴδημα, ἐμπύημα, ἕλκος, κάταγμα, ῥῆγμα, φῦμα, δοθιὴν, ἴονθος. ἀλλὰ καλείτω νῦν ἕκαστος τὰς νόσους ὡς ἂν ἐθέλῃ. ἡμεῖς δὲ περὶ τῶν προκειμένων διαλεγόμεθα. διαφοραὶ γοῦν τῶν ἐκκρινομένων αἱματωδῶν τέσσαρες ὑπάρχουσι, μία μὲν τοῦ αἵματος ἐπὶ τῶν ἀποκοπέντων κώλων ἢ γυμνασίᾳ καταλυσάντων ἐκ περιόδου τινὸς ἀποτελουμένη· δευτέρα δὲ δι' ἀτονίαν ἥπατος, ὑδατώδους αἵματος ὑπιόντος. τρίτη δὲ ἐκ τοῦ μελαγχολικοῦ. τετάρτη δὲ ἡ τοῦ ἀκριβοῦς αἵματος ἢ τοῦ θρομβώ-

cholia et cholera. Fortaffis etiam leucophlegmatias hyderus, ut etiam per fimilitudinem, cujusmodi generis eft qui elephas nominatur et cancer, polypus, uva, vitiligo alba, carbunculus, area, meliceris et ficus; multa quoque comperies morborum nomina, quae neque locum affectum exprimunt, neque caufam effectricem, ut phlegmone, gangraena, fcirrhus, erifypelas, abfceffus, oedema, empyema, ulcus, fractura, ruptura, tuberculum, furunculus, varus. Nunc autem prout libuerit, morbos quisque vocitet, nos autem de propofitis differimus. Itaque quatuor cruentorum morborum, qui a caeteris difcernuntur, exiftunt differentiae. Una quidem in praecifis carnofis partibus aut exercitatione defeffis, quadam periodo peracta. Secunda eft ob hepatis imbecillitatem aqueo fubeunte fanguine. Tertia ex melancholico. Quarta denique finceri vel concreti eft fanguinis. Differunt autem quod tres primae confertam fimulque copiofam excretionem efficiant; quarta vero paulatim et brevi tempore. At nunc de quarta di-

δους. διαφέρουσι δὲ, ὅτι αἱ τρεῖς πρῶται ἀθρόαν τε ἅμα καὶ πολλὴν ἐργάζονται τὴν ἔκκρισιν, ἡ τετάρτη δὲ κατὰ βραχύ τε καὶ δι᾽ ὀλίγου τοῦ χρόνου. νῦν δὲ περὶ τετάρτης λεκτέον, ἧς ἕλκωσις ἐντέρων ἡ διάθεσίς ἐστιν, ἣν καὶ μόνην ἀξιοῦσί τινες ὀνομάζεσθαι δυσεντερίαν. ἔστι δὲ ἐκ τούτου τοῦ γένους καὶ ὁ καλούμενος τεινεσμὸς, ἕλκος ἐν ἀπευθυσμένῳ γινόμενον, τὰ μὲν ἄλλα συμπτώματα παραπλήσια φέρων, ἐντάσεις δὲ πολὺ σφοδροτέρας τῶν δυσεντερικῶν. τὰ μὲν γὰρ ἀσθενέστερα μόρια δέχονται ἀεὶ τὴν ἐκ [137] τῶν ἰσχυροτέρων περιουσίαν· ὥστε αἱ μὲν δυσεντερίαι καὶ οἱ τεινεσμοὶ καὶ αἱ διάῤῥοιαι καὶ αἱ λειεντερίαι, ῥυέντων εἰς τὰ ἔντερα τῶν περιττῶν γίνονται, ὥσπερ καὶ αἱ δυσουρίαι εἰς τὴν κύστιν τρεπομένων, ἔμετοι δὲ ἐπὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀφικομένων, ὡς γίνεσθαι μὲν δυσεντερίας μετὰ τῶν αἱματωδῶν διαχωρημάτων, τοὺς δὲ τεινεσμοὺς, τάσεις ὄντας σφοδρὰς ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ ἀπευθυσμένον ἑλκώσεως, τὰς δὲ λειεντερίας ταχείας διεξόδους ἀμετα-

cendum eſt, cujus exulceratio inteſtinorum affectus eſt, quam ſolam nonnulli dyſenteriam nominant. Et vero ejusdem generis morbus qui tenesmus vocatur, ulcus in recto inteſtino factum, qui alia ſimilia dyſentericis, contenſiones tamen multo vehementiores invehit. Partes ſiquidem imbecilliores ex robuſtioribus humorum redundantiam excipiunt, adeo ut dyſenteriae, tenesmi, diarrhoeae et lienteriae conſluentibus in inteſtina ſupervacaneis humoribus procreantur: quemadmodum et iisdem in veſicam converſis dyſuriae iisdemque ad oriſicium ventriculi accedentibus vomitus, ita ut creentur quidem dyſenteriae cum cruentis excrementis; tenesmi vero quum vehementes contenſiones ex recti inteſtini exulceratione concitantur, lienteriae vero ſunt celeres immutatorum ciborum tranſitus. Propterea epidemiorum tertio jure pronunciavit *ventris morbos multos et noxios multis accidiſſe*, primum quidem tenesmos doloribus maximis comitatos. Hic prae-

βλήτων σίτων οὔσας. διὸ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εὐλόγως εἶπε τὰ κατὰ κοιλίαν πολλοῖς πολλὰ καὶ βλαβερὰ συμβεβηκέναι, πρῶτον μὲν τεινεσμοὺς ἐπιπόνως. ἔστι μὲν οὖν καὶ ἄλλως ὀδυνηρόν τε καὶ ὀχληρὸν τὸ πάθος· ὀδυνηρὸν μὲν διὰ τὴν τάσιν, ὀχληρὸν δὲ διὰ τὸ συνεχὲς τῆς ἐξαναστάσεως. οἱ μὲν οὖν πικρόχολοι συντηκτικοῖς εἰκότως ἁλίσκονται, ἐνοχλοῦνταί τε τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα διαχωρήμασιν. οἱ δὲ ἐρυθροὶ καὶ πρὸς μελαγχολίαν ἐπιτήδειοι, παχὺ καὶ θερμὸν ἔχοντες αἷμα, τοῖς φρενιτικοῖς τε καὶ καυσώδεσιν εἰκότως ἁλίσκονται νοσήμασι καὶ δυσεντερίαις ταῖς αἱματηραῖς. μεμαθήκαμεν γὰρ ὅτι διτταί τινές εἰσι, μία μὲν ἐξ ἑλκώσεως ἀναβρωθέντων τῶν ἐντέρων, ἑτέρα διαφορὰ, πολλοῦ δὲ αἵματος ἐκκενουμένου διὰ τῶν εἰς ἔντερα καθηκουσῶν φλεβῶν ἡ λοιπή. Ἱπποκράτης δὲ περὶ τεινεσμῶν φησὶν, ὅτι τεινεσμοὶ νέοισι φλεγματώδεσι, ὡς οὐ μόνης τῆς φυσικῆς κράσεως γενομένης ἐπιτηδείου πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι τὸ τοῦ τεινεσμοῦ πάθος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἡλικίας θερμῆς οὔσης, ἵνα διὰ δριμὺ καὶ σηπεδονῶδες φλέγμα τὸν τεινεσμὸν γεγονέναι νοήσομεν. καὶ γὰρ τῇ πρὸς τὸ ἀπευθυσμέ-

terea morbus aliter tum dolorem tum molestiam infert, dolorem quidem ob contensionem, molestiam vero ob assiduam surrectionem. Itaque qui amara bile scatent, jure febribus synticticis prehenduntur et alvi excrementis perturbantur. Rubicundi autem et ad melancholiam idonei, crassum et calidum sanguinem sortiti, tum phreniticis tum ardentibus morbis et cruentis dysenteriis non abs re corripiuntur. Didicimus siquidem eas quasdam esse differentia duplices, altera quidem est, quae erosis ab ulcere intestinis efficitur, altera vero copioso sanguine per venas ad intestina deductas evacuato. Hippocrates autem de tenesmis loquutus ait tenesmos adolescentibus pituitosis accidere, quod non solum naturale temperamentum ad tenesmi affectionem producendam idoneum sit, verum etiam quod aetas illa sit ita calida, ut propter pituitae acrimoniam et putredinem tenesmum creari intelligamus. Etenim hujusmodi pituita decursu ad rectum intestinum

Ed. Chart. IX. [137.]
νον ἔντερον διεξόδῳ τὸ τοιοῦτον φλέγμα βλάβην ἑλκώδη τοῦ μέρους ἐργαζόμενον ἐπὶ τὴν ἀπόκρισιν ἐρεθίζει συνεχῶς τοὺς κάμνοντας καὶ διὰ τὸ δυσέκκριτον τοῦ φλέγματος οἱ τεινεσμώδεις ἔχουσι τάσεις καὶ προθυμίας ἀποκρίσεως σφοδροτέρας τῶν δυσεντερικῶν. τὸ γὰρ παχὺ καὶ γλισχρὸν οὐχ ὥσπερ ξανθὴ χολὴ ταχέως διεξέρχεται, ἀλλ' ἐμπλάττεται τοῖς σώμασιν. ἡ δὲ τῶν συμπτωμάτων ὁμοιότης οὐ μόνον τούτοις πρὸς ἄλληλά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ψαύουσιν αὐτῶν, ὥσπερ τοῖς νεφροῖς πρὸς τὸ κῶλον. καὶ ἔνια εὔγνωστον ἔχει τὸν πεπονθότα τόπον, ὥσπερ αἱ δυσεντερίαι καὶ τεινεσμοί. χρὴ δ' ἡμᾶς τὰς κυρίως λεγομένας δυσεντερίας ἀκούειν, ὡς σημαινούσης τῆς προσηγορίας ἐντέρων ἕλκωσιν· οὔτε γὰρ, ὡς ἔφην, ἀθρόως γίνεται τὸ πάθος τοῦτο, καθάπερ θάτερον, ἐν ᾧ τὸ ἧπαρ πάσχει. προσέχειν δὲ χρὴ τὸν νοῦν, ἵνα γνῶμεν πότερον ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ἐντέροις ἡ ἕλκωσις εἴη ἢ ἐν τοῖς ταπεινοτέροις, διότι διαφέρει οὐ σμικρὸν εἰς τὴν θεραπείαν ἐγνῶσθαι τὴν ἕλκωσιν

ulcerosam partis laesionem invectura laborantes assidue ad sui excretionem perarduam excitat. At tenesmo capti contensiones subeunt et vehementiores dysentericae excretionis propensiones. Crassa namque et viscosa pituita non ut flava bilis cito decurrit, sed corporibus adhaeret ac infarcitur. Symptomatum autem similitudo non his solum inest ad invicem, sed etiam ipsa tangentibus, ut renibus ad intestinum colon et quaedam locum affectum cognitu facilem indicant, ut dysenteriae et tenesmi. Nos autem oportet eas dysenterias intelligere, quae praecipue hoc nomine dicuntur, ut quod intestinorum exulcerationem significet. Neque enim, ut dixi, affatim creatur hic morbus, quemadmodum alter in quo hepar patitur. At mens adhibenda est, ut noscamus utrum in superioribus intestinis ulceratio sit, an vero in inferioribus, quod non parum interest ad curationem nosse, qua in parte intestinorum ulceratio sit. Quae namque in altioribus sunt partibus a deglutitis medicamentis, quae vero in inferioribus ab injectis juvantur. Dignoscuntur autem hujus-

Ed. Chart. IX. [137. 138.]

ἔν τινι μέρει τῶν ἐντέρων ἐστίν. αἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ὑπὸ τῶν καταπινομένων φαρμάκων, αἱ δὲ ἐν τοῖς ταπεινοτέροις ὑπὸ τῶν ἐνιεμένων ὠφελοῦνται. διορίζονται δὲ τῶν ἀφ᾽ ἥπατος ἐκκρίσεων αἱ τοιαῦται δυσεντερίαι τῷ δὲ λεπτῷ αἵματος ἀχροῦ. οὗ γὰρ ἀσθενές ἐστι τὸ ἧπαρ, ἡ χρόα διὰ τὴν τοῦ γενηθέντος ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος ὀλιγότητα λευκὴ οὖσα τυγχάνει, ὁ δὲ ἀσθενῆ ἔχων τὸν σπλῆνα, τούτου τὸ χρῶμα φακοειδές ἐστιν, ὅμοιον τῷ μελαγχολικῷ χυμῷ, ὅς ἐστι τῷ αἵματι μεμιγμένος * * * τοῦ δὲ πλεονάζειν αἷμα τότε, τὰς αἱμοῤῥαγίας καὶ τὰς δυσεντερίας [138] τὰς αἱματηρὰς δηλονότι λεγομένας, οὐχ ὅσαι διὰ χολὴν ἑλκοῦσι τὰ ἔντερα, περὶ ὧν λέλεκταί μοι ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν εἰς τὸ περὶ ἄρθρων ὑπομνήματι. * * * * ἀλλ᾽ ὅσον ἐπὶ δυσεντερικαῖς ἐκκρίσεσι δακνούσαις σφοδρῶς, ἤτοι τράγου χυλὸν ἐνίεμεν ἢ στέαρ αἴγειον ἢ ῥοδίνην κηρωτὴν, ὑφ᾽ ὧν αὕτη μὲν ἡ τῶν ἐντέρων ἕλκωσις οὐ θεραπεύεται καὶ μάλιστα ὅταν ἔχῃ τι σηπεδονῶδες. ἀναπαύεται δὲ ἡ δύναμις ἐν τῷ μεταξὺ *

modi dyſenteriae excretionibus ab hepate manantibus et tenuitate ſanguinis decoloris. Cujus enim hepar imbecillum eſt, is colorem ob ſanguinis in ipſo genere paucitatem album ſortitus eſt. Qui vero lienem habet debilem, hujus color lentiginoſus eſt, humeri melancholico ſimilis, qui ſanguini permixtus ſit * * * Quod autem ſanguis tunc abundet haemorrhagias et dysenterias cruentas videlicet appellatas excitat, non quae ob bilem exulcerant inteſtina, de quibus quarto commentario in librum de articulis a me dictum eſt. * * * * Caeterum in dysentericis excretionibus vehementer mordentibus aut hirci ſuccum immittimus, vel caprinum ſevum, vel roſaceum ceratum, quibus ipſa quidem inteſtinorum exulceratio non curatur, ac potiſſimum quum quid putridum habuerit, reſocillatur tamen interea facultas * *

Ed. Chart. IX. [138.]
* * * καὶ οὐ θαυμασιὸν, ἐπειδὴ ὅσα τῶν ζώων τε καὶ φυτῶν ταχέως αὐξάνεται, ταῦτα καὶ ταχέως τὸν βίον τελευτᾷ * * * τῶν ξηρῶν νοσημάτων αἰτίαι. τῶν δ' ὑγρῶν αἱ ἐναντίαι σύμπασαι. ἐδεσμάτων μὲν ὑγροτέρων τὴν δύναμιν ἀφθονία καὶ πλείω τὰ πόματα καὶ σύμπασα ἡ ἁβροτέρα δίαιτα καὶ ἡ θυμηδία καὶ λουτρὰ τῶν γλυκέων ὑδάτων πολλὰ καὶ μᾶλλον μετὰ τροφήν. οὕτω δὲ καὶ ἀργὸς ὁ βίος καὶ ἄνευ πόνων, ὄμβροι τε πολλοὶ καὶ πᾶσα κατάστασις ὑγρὰ καὶ τὰ ταυτὸ τοῦτο δυνάμενα φάρμακα, ὡς καὶ τἄλλα πολλά. ἀλλὰ μὴν ἐπανίημι πρὸς τὴν δυσεντερίαν, ἣ ἀεὶ σχεδὸν μετὰ τοῦ τεινεσμοῦ ἐστίν. ἐνίοτε μὲν γὰρ ὑπὸ μὲν αἰτίου τινὸς γίνεται τὸ πάθος, οὐ μὴν ἤδη πως μόνιμον ἔχει τὴν διάθεσιν, εἰ χωρισθείη τὸ αἴτιον. ἐνίοτε δὲ ἤδη γέγονεν, ἔτι τε γίνεται. πολλάκις δὲ πέπαυται μὲν γινόμενον, ἀφ' εἰκομένης τῆς αἰτίας, ἤδη δέ ἐστι μόνιμος ἡ διάθεσις καὶ ὁ δακνώδης χυμὸς αἴτιόν ἐστι τοῦ πάθους,

* * Neque mirandum, quoniam quaecunque tum animalia tum ſtirpes cito creſcunt, haec etiam vitam celeriter terminant. * * * * * Siccorum morborum cauſae. Humidorum autem contrariae omnes. Esculentorum quidem facultate humidiorum copia, plura potulenta, victus omnis delicatior, oblectamentum, crebra dulcium aquarum potiſſimum a paſtu balnea. Sic autem et otioſa vita etiam ſine laboribus, imbres multi, omnis ſtatus humidus et medicamenta, ut et caetera multa ea facultate donata. Verumtamen ad dyſenteriam redeo, quae fere ſemper cum tenesmo exiſtit. Etenim interdum quidem ab aliqua cauſa procreatur morbus, nondum tamen jam permanentem affectum habet, ſi cauſa ſecedat. Interdum vero jam procreatus eſt, atque etiamnum procreatur. Saepe vero qui procreatur ceſſavit abeunte cauſa. Jam vero permanens affectus eſt et affectus cauſa humor eſt mordax, qui initio

Ed. Chart. IX. [138.]
ἐν ἀρχῇ μὲν ἀποῤῥύπτων τε καὶ ξύων, ἐν χρόνῳ δὲ ἑλκῶν τὸ ἔντερον. εἰ μὲν οὖν πρὶν ἑλκῶσαι, παύσεται διεξιὼν, οὐδέπω δυσεντερία τὸ πάθος ἐστίν. εἰ δ' ἑλκωθῆναι φθάσειε τὸ ἔντερον, οὐκ ἂν ἔτι συμπαύσαιτο τῷ χυμῷ τὸ γενόμενον πάθος.

ιη'.

Θηλάζουσα εἶτα ἐκθύματα ἀνὰ τὸ σῶμα πάντη εἶχεν. ἐπεὶ ἐπαύσατο θηλάζουσα, καθέστη θέρεος.

Ἐκθύματα λέγει τὰ αὐτομάτως ἐξανθοῦντα κατὰ τὸ δέρμα, ὡς καὶ ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν γράφει, ἐκθύματα μεγάλα. γίνεται δὲ ἐκ τῶν περιττῶν χυμῶν καὶ ἡ προσηγορία φαίνεται ἐκ τοῦ ἐκθύειν, ὅ ἐστιν ἐξορμᾶν, γεγονέναι καὶ κατὰ τοῦτο σημαινόμενον εἶπεν ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, λύσειε δ' ἂν ἑλκύδριον κάτω ἔκθυσις, τουτέστιν ἐξόρμησις.

---

quidem inteſtinum ſordibus expurgat et radit, tempore vero exulcerat. Itaque ſi priusquam exulceret, percurrendo ceſſaverit, nequaquam hic morbus dysenteria eſt, ſi vero inteſtinum exulcerari contigerit, non jam cum humore creatus morbus ceſſaverit.

XVIII.

Lactanti puſtulae paſſim per corpus ad cutem eruperunt, quae ad aeſtatem ſedata ſunt, ubi lactare ceſſaviſſet.

Puſtulas dicit quae ſponte per cutem eſſlorescunt, ut etiam in libris epidemiorum ſcribit: *papulas magnas.* Gignuntur autem ex ſupervacaneis humoribus, quibus appellatio facta eſſe videtur *ἐκ τοῦ ἐκθύειν,* quod eſt *erumpere.* Hac ſignificatione ſexto epidemiorum dixit, ſolvet autem ulcusculum papula inferior, hoc eſt eruptio.

Ed. Chart. IX. [138. 139.]

ιθ'.

Τῇ τοῦ σκυτέως, ὃς τὰ σκύτινα ἐποίησε, τεκούσῃ καὶ ἀπολυθείσῃ τελέως, ἐδόκει τοῦ μὲν χωρίου τὶ τὸ [139] ὑμενοειδὲς ἀπέχειν, ἀπῆλθε τεταρταίῃ κακῶς στραγγουριώδης ἐγένετο, αὐτίκα συλλαμβάνουσα ἔτεκεν ἄρσεν, πολλὰ δὲ ἔτεα ἤδη εἶχε, τὰ ὕστατα καὶ οὐδὲ ἐπιμήνια εἴη· ὅτε δὲ τέκοι, διέλειπεν ἐπ' ὀλίγον ἡ στραγγουρίη.

Γίνεται κατὰ τὴν κύστιν πολλὰ συμπτώματα, ὧν τὰ μὲν κοινὰ τοῖς ἄλλοις ἐστὶν, ὡς οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι πάντες, ὀδύναι τε καὶ τὰ ταύτης ἐργαζόμενα πάθη. τὰ δ' ἴδια μόνης αὐτῆς, ὡς αἱ ἰσχουρίαι τε καὶ στραγγουρίαι. κατ' ἄλλον δὲ τρόπον αἱ ἄμετροι τῶν οὔρων ἐκκρίσεις, στραγγουρία δὲ ἐπὶ δριμέσιν οὔροις γίνεται δι' ἕλκωσιν ἢ ἀτονίαν κύστεως, ποτὲ μὲν ἐπὶ νεφρῶν πάθει, ποτὲ δὲ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν εἰς οὖρα τὴν ἑαυτῶν κακοχυμίαν ἢ τὸ πῦον, ὅτ' ἂν ἀποστήματι κάμνῃ, διαπέμψαι δυναμένων, ποτὲ δὲ διὰ

XIX.

Coriarii coriacea parantis uxori, quum peperiſſet ac perfecte purgata eſſet, ex ſecundis membranarum quiddam ſubſiſtere viſum eſt, quod quarto die male deceſſit: ſtranguria namque vexabatur, quae quum brevi conciperet maſculum peperit. Habebat autem jam multos annos et poſtremum menſes non prodibant. Quum autem peperiſſet, urinae ſtillicidium paulatim intermiſit.

Multa veſicae oboriuntur ſymptomata, quorum alia quidem caeteris partibus communia ſunt, ut omnes praeter naturam tumores tum dolores tum quae ob ea efficiuntur pathemata; alia vero ipſius ſolius propria, ut iſchuriae et ſtranguriae; alio vero modo incommoderatae urinarum excretiones. At ſtranguria fit in acribus urinis propter exulcerationem aut veſicae imbecillitatem, interdum quidem ex renum affectu, interdum vero ex alia

Ed. Chart. IX. [139.]
τοὺς ἐν ταῖς φλεψὶ χυμοὺς ἐκκαθαιρομένους διὰ νεφρῶν τε καὶ κύστεως· ὥσπερ γὰρ διὰ γαστρὸς πολλάκις ἐκκαθαίρεται τὸ σύμπαν σῶμα, οὕτω καὶ διὰ νεφρῶν καὶ κύστεως καὶ ἐπιπόνως ἐκκαθαίρεται ὅλον τὸ σῶμα διὰ τῆς χρονίας στραγγουρίας, καί ποτε ἀνάγκη πάσχειν τὰ μόρια, δι' ὧν ἡ ἔκκρισις γίνεται τῶν δριμέων οὔρων, δηλονότι δακνόμενα καὶ τῷ συνεχεῖ τῆς ἀποκρίσεως ἐνοχλούμενα. Ἱπποκράτης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν τῇ δευτέρᾳ καταστάσει, φησὶ μόνον χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν σημείων, ὃ καὶ πλείστους τῶν ἀῤῥώστων ἐρύσατο γεγονέναι τὴν στραγγουρίαν, τῶν μοχθηρῶν χυμῶν ἐκκρινομένων διὰ τῆς κύστεως, ὥσπερ ἐνίοτε διὰ τῶν ἐντέρων. ἀλλ' οὐκ ἀεὶ τοῦτο συμβαίνει. κύστις γὰρ ἐπὶ τὴν ἔκκρισιν ὁρμᾷ τῶν οὔρων ἐν ταῖς στραγγουρίαις, πρὶν ἀξιολόγως ὑπ' αὐτῶν πληρωθῆναι, διὰ διττὴν αἰτίαν, ἤτοι τῷ μὴ φέρειν αὐτῶν τὴν ποιότητα καὶ δακνωδῶν γινομένων ἢ τῷ δι' ἀῤῥωστίαν βαρύνεσθαι, πρὶν ἀθροισθῆναι, κᾂν ὀλίγον ᾖ.

quos ventos Etefias vocare confueverunt. Ab his ventis molliorem reddi putant folis exhalationem propter duplicatum fideris ardorem. Neque facile alios ventos invenies ita deftinatos. Hi namque perflantes multos ab humanis corporibus affectus excidunt. Propterea in primo epidemiorum ftatu dixit: Etefiae pauci paulatim fparfim fpirarunt. In fecundo vero Etefiae continuo fpirarunt. * * * Quod vero proferat, *quod foli exponebatur*, magnam tum tenuium tum mordacium humorum acrimoniam fignificat, quae expulfis et dejectis excrementis fpumantem aeftu fervorem non deponit. Quod vero dicit *depofita*, jacentia fignificat, ut in primo epidemiorum, ubi dicit, *ventus diu jacens minime quiefcebat.*

III.

Inter hos multi foporati erant ac mente emoti, hique

Ed. Chart. IX. [153. 154.]

οἱ δὲ ἐξ ὕπνων τοιοῦτοι ἐγένοντο. ὅτε δὲ ἐγερθεῖεν, κατενόουν πάντα.

---

[154] Τὸ κῶμα σημαίνειν ἔοικε καταφορὰν τὴν ὑπνώδη, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν φησὶν, ἦν δὲ κῶμα συνεχὲς, οὐχ ὑπνῶδες· ὡς γὰρ ὑπνῶδες εἶναι αὐτὸ καὶ ὡς τοιοῦτον ἀεὶ γινόμενον καὶ νῦν παραλόγως οὐ γινόμενον, οὕτως ἔγραψε, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ περὶ τοῦ Πυθίωνος λέγει, ἐνάτῃ κωματώδης, ἀσώδης, ὅτε διεγείροιτο. οἱ δὲ θαυμαστοὶ ἐξηγηταὶ ἀντιλέγουσιν ὅτι οὐκ οἴονται ἅμα καταφέρεσθαι καὶ ἀγρυπνεῖν, μὴ γινώσκοντες, ὅτι δύο εἰσὶν εἴδη καταφορᾶς, ὡς ἡμεῖς ἤδη γεγράφαμεν ἐν τῷ περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτην κώματος βιβλίῳ καὶ παράφοροι, φησὶν, ἐγένοντο, σημαίνει τὴν παραφροσύνην τινὰ βραχεῖαν. ἧς τὸ ποσὸν εἴωθεν αὐτὸς ἄλλοτε ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνδείκνυσθαι, λέγων ληρῆσαι, παραληρῆσαι, παραφρονῆσαι, παρενεχθῆναι, παρακόψαι, ἐκστῆναι, μανῆναι καὶ

tales evadebant; quum vero expergifcerentur, omnia intelligebant.

Coma cataphoram fomnolentam fignificare videtur, ut ipfe tertio epidemiorum pronunciat: *Erat autem coma affiduum, non fomnolentum.* Quod enim ipfum fomnolentum fit et quod tale femper fit, quodque nunc praeter rationem non exiftat, ita fcripfit: *Eodem quoque de Pythione loquitur*; nono die erat comate foporatus, implacidus, ubi expergefactus effet. At magni nominis interpretes contendunt minime fimul fieri poffe et comate foporari et pervigilio premi, ignorantes duo effe cataphorae genera, ut jam nos libro de comate et ex Hippocratis fententia fcripfimus. *Ac mente emoti erant*, inquit, delirium quoddam breve indicat, cujus modum aliis atque aliis vocabulis oftendere confuevit hisce verbis: *nugari, delirare, defipere, mente emoveri, infanire, furere.* Hi

ἐκμανῆναι. ταῦτα μὲν δύο πάθη, τὸ κῶμα λέγω καὶ ἡ παραφορὰ, κατὰ τὸν ὕλης λόγον ἀντικείμενα φαίνεται. τὸ γὰρ κῶμα ἔκ τε τῆς τοῦ ἐγκεφάλου ψυχρότητος καὶ ὑγρότητος, ἐκείνη δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων ποιοτήτων ὡς τὰ πολλὰ φαίνεται γίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν πολλάκις κατὰ τὴν κινδυνώδη τῶν χυμῶν συζυγίαν μίγνυνταί τε καὶ συντρέχουσιν, ὡς ἐν τῇ Σιληνοῦ ἱστορίᾳ γέγραπται, παρέκρουσε μικρά. εἶτα δὲ ὕπνοι λεπτοὶ, κωματώδεες, ὡς εἶναι τὸ κῶμα ἐνίοτε ἐκ τῆς ἀμέτρου τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἀσθενείας καὶ ὡσανεὶ σβέσεως, τῆς κινήσεως αὐτῆς κατακοιμισθείσης καὶ σχεδὸν καθ' ἅπαν ἀπολαμβανομένης. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα παρ' Ἱπποκράτην, κῶμα βαθὺ μετ' ἀγρυπνίας καὶ κῶμα ὑπνῶδες καὶ κωματώδεες οἱ φρενιτικοὶ καὶ οἱ καυσώδεες. καὶ κατεῖχε δὲ ἢ τὸ κῶμα συνεχῶς οὐχ ὑπνῶδες ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. ὅταν μὲν γὰρ ἐγρηγορέναι μὲν ἀνεῳγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς οἱ κάμνοντες μὴ δύνανται, μύσαντες δὲ αὐτοὺς ἐλπίδι τοῦ κοιμηθῆναι διαμένωσιν ἐγρηγορότες, τὸ τοιοῦτον καλεῖται οὐχ ὑπνῶδες κῶμα. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν ἠθροισμέ-

quidem duo affectus, coma dico et mentis emotionem, ratione materiae contrarii videntur. Coma namque ex cerebri tum frigiditate tum humiditate, haec vero ex contrariis, ut plurimum, qualitatibus ortum habere videtur. Verum tamen hae multoties periculofa humorum copulatione mifcentur et concurrunt, ut in Sileni hiftoria defcriptum eft: *Parumper deliravit, deinde exiles fomni, comatofi*, ut fit interdum coma ex incommoderata facultatum animalium imbecillitate ac veluti exftinctione, ipfo motu jam confopito et poftmodum omnino confumpto, atque haec apud Hippocratem habentur. Coma profundum cum pervigilio et coma fomnolentum et comatofi phrenitici et ardentes. Detinebat autem vel coma affidue non fomnolentum vel cum laboribus vigiliae. Quum enim apertis oculis laborantes vigilare nequeant, claufis autem animo dormiendi vigilaverint, hujusmodi affectus coma non fomnolentum vocatur. Mirandum autem non eft ac-

Ed. Chart. IX. [154. 155.]

των ἐν τῷ σώματι χυμῶν ὠμῶν, κωματώδεις δὲ ἅμα καὶ παραφρονοῦντας γενέσθαι, κωματώδεις μὲν διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ψυχρότητα τῶν ὠμῶν χυμῶν, παραφρονοῦντας δὲ, διότι σηπόμενοι δριμύτητά τε καὶ θερμασίαν ἐγέννων. εἰκὸς γὰρ τοιοῦτον τὸ κῶμα σὺν τῇ παραφορᾷ ἐκ τῶν ὠμῶν τε ἅμα καὶ ψυχρῶν καὶ παχέων, ἀλλὰ καὶ λεπτῶν καὶ θερμῶν χυμῶν γεγενῆσθαι, ὅπερ ἐσήμαναν τὰ ἑπόμενα πάθη, βαρύκοοί τε ἦσαν, φησὶ, καὶ κωματώδεες. καὶ πάλιν, κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες καὶ ὅλου τοῦ ἔτους σφόδρα ξηρότης καὶ ὅλου τοῦ θέρεος καῦμα σφοδρότατον. χαλεπώτατα γὰρ νοσήματα εἶναι φαίνεται ἐν οἷς ἀθροίζεται πλῆθος τῶν χολωδῶν καὶ ὠμῶν καὶ ἀπέπτων χυμῶν· τῆς δὲ μικρᾶς παραφρονήσεως σημεῖον ἦν ὅτι, ὅτε ἐγερθεῖεν, κατενόουν πάντα.

δ'.

[155] *Πνεύματα μετέωρα, οὐ μὴν πάνυ. οὖρα λεπτὰ μὲν τοῖσι πλείστοισι καὶ ὀλίγα, ἄλλως δὲ οὐκ ἄχροα, αἱ-*

cumulatis in corpore crudis humoribus comatosos simul et delirantes fieri. Comatosos quidem propter crudorum humorum plenitudinem et frigiditatem, delirantes vero quod hi putrefacti acrimoniam et aestum procreent. Consentaneum enim est tale quid esse coma cum levi delirio ex crudis, frigidis et crassis, simul et tenuibus et calidis humoribus fieri. Quod significarunt sequentes affectus et difficile audiebant, inquit et comatosi. At iterum: comatosi vero et somnolenti et toto anno vehemens siccitas et tota aestate ardor vehementissimus. Perardui namque morbi esse conspiciuntur, in quibus biliosorum, crudorum et incoctorum humorum plenitudo acervatur. Parvi autem delirii signum erat, quod consurgentes omnia perciperent.

IV.

Spiritus elati, non tamen admodum. Urinae quidem tenues plurimis et paucae, nec alias decolores. Hae-

Ed. Chart. IX. [155.]

μοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν οὐκ ἐγένοντο, εἰ μὴ ὀλίγοισιν, οὐδὲ παρωτίδες, περὶ ὧν ὕστερον γράψω. οὐδὲ σπλῆνες ἐπήροντο. οὐδὲ δεξιὸν ὑποχόνδριον, οὐδ' ἐπώδυνον κάρτα οὐδ' ἐντεταμένον ἰσχυρῶς· ἦν δέ τι ἐνσημαῖνον καὶ μάλιστα ἐκρίνετο πάντα τὰ πολλὰ περὶ τεσσαρεσκαίδεκα, ὀλίγα σὺν ἱδρῶτι, ὀλίγα σὺν ῥίγει καὶ πάνυ ὀλίγοισιν ὑποστροφαὶ ἐγίνοντο, ὑπὸ δὲ τὰς ψεκάδας τὰς γινομένας ἐν τῷ θέρει ὑπεφαίνετο ἱδρώς. ἐν τοῖσι πυρέττουσι καί τινες αὐτίκα ἱδρῶτες ἐπ' ἀρχῆς ἐγίνοντο, οὐ μὴν κακοήθως, καὶ τοῖσιν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἐκρίθη σὺν ἱδρῶτι.

Οὐκ ἤθροιστο τούτοις οὐδ' ἐν πνεύμονι, οὐδ' ἐν καρδίᾳ πλῆθος πυρώδους θερμασίας. εἰκότως οὖν οὐδὲ ἐγένετο μέγα τὸ πνεῦμα, μικρόν τ' οὐκ ἦν παντάπασιν, ὡς μήτ' ὀδυνωμένοις μήτε κατεψυγμένοις, εἴπερ οὖν, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ περὶ δυσπνοίας γέγραπται τὸ μετέωρον, οὐδὲν δηλοῖ

morrhagia ex naribus non nisi paucis contingebant; neque parotides, de quibus postea descripturus sum. Neque lien attollebatur, neque dextrum hypochondrium, neque valde dolorificum, neque vehementer intensum erat. Quiddam tamen interius significabat. Omnia vero plerumque circa decimum quartum diem maxime judicabantur, pauca cum sudore, pauca cum rigore, ac paucissimis recidivae contingebant. At vero sub minutulis quae per aestatem irrorabant pluviis sudor apparebat, febricitantibus etiam quidam sudores statim ab initio oboriebantur, non tamen maligne; quibusdam quoque sub hoc tempus judicatio cum sudore facta est.

Non his neque in pulmone, neque in corde ignei caloris copia colligebatur. Jure itaque neque magnus spiritus, neque parvus omnino erat, quippe qui neque dolores patiebantur, neque frigore vexabantur. Quare si, ut in tertio de spirandi difficultate libro scriptum est,

Ed. Chart. IX. [155.]

διαφέρον τοῦ μικροῦ, εὐλόγως φησὶν αὐτοῖς τὰ πνεύματα μετέωρα γίγνεσθαι, οὐ μὴν πάνυ γε. ταυτὸ τοῦτο εἶπε περὶ τῶν κυναγχικῶν, ὡς δηλονότι μετεώρου τὰ πολλὰ τοῖς κυναγχικοῖς γινομένου τοῦ πνεύματος καὶ ὡς μέχρι τῆς φάρυγγος εἰσιόντος, οὐκ εἰς τὸ βάθος τοῦ θώρακος κατερχομένου.

ε΄.

Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι περὶ ζ΄ καὶ η΄ καὶ θ΄ τρηχύσματα ἐν τῷ χρῶτι κεγχρώδεα, τοῖσιν ὑπὸ κωνωπέων γινομένοις μάλιστα ἴκελα ἀναδήγμασιν, οὐ πάνυ κνησμώδεα. ταῦτα διετέλει μέχρι κρίσιος, ἄρσενι δὲ οὐδενὶ εἶδον τοιαῦτα ἐξανθήσαντα. γυνὴ δὲ οὐδεμία ἀπέθανεν, ᾗ ταῦτα ἐγένετο. βαρύκοοί τε ἦσαν καὶ κωματώδεες. πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες ᾗσιν ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι, οὐ μὴν τὸ σύμπαν διετέλεον. κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες τὸ θέρος καὶ μέχρι πληϊά-

ſublime nihil prodat diverſum a pauco, merito dicit ipſis ſpiritus elatos aut ſublimes eſſe, *non tamen admodum.* Hoc idem de cynanchicis protulit, quod ſcilicet ut plerumque angina laborantibus ita ſpiritus attolleretur, ut etiam adusque ſauces iniret, non autem in thoracis profundum deſcenderet.

V.

In aeſtivis autem febribus circa ſeptimum et octavum et nonum diem aſpredines miliaceae culicum morſibus ſimiles, non multum pruriginoſae in ſumma cute enaſcebantur et ad judicationem usque perdurabant. Nulli equidem maſculo talia vidi milia. Mulier vero cui talia effloreſcerent, nulla mortua eſt. Hae tamen mulieres gravi erant auditu et ſoporatae quamvis antea non admodum ſoporoſae eſſent, quibus iſta evenire debebant. Non tamen in totum perſeverabant. Aeſtate vero etiam ad vergiliarum occaſum ſoporatae et ſomnolentae erant;

Ed. Chart. IX. [155. 156.]
δων. ἔπειτα μὴν ἀγρυπνίαι μᾶλλον, ἀτὰρ οὐδὲ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς καταστάσιος ταύτης ἔθνησκον.

---

[156] *Οὐκ ἔστι καθ᾽ ἑαυτὸ κινδυνῶδες τὸ σύμπτωμα ὃ ἐνδείκνυται αὐτὸς, εἰπὼν, τρηχύσματα κεγχρώδη καὶ τοῖς ἀναδήγμασι τοῖς ὑπὸ κωνώπων γινομένοις ὅμοια. μᾶλλον δ᾽ ὕποπτά εἰσι τὰ ἐξανθήματα ἐρυθρὰ, στρογγύλα, οἷον ἴονθοι, οἷα ἐν τῷ Σιληνῷ τῇ ὀγδόῃ μεθ᾽ ἱδρῶτος ἐφάνη καὶ παρέμενον, οὐδ᾽ ἀφίσταντο. τῇ πρὸς τοὺς κώνωπας ὁμοιότητι κέχρηται πολλάκις ὁ Ἱπποκράτης. καὶ γὰρ ἐν τῷ ζ' τῶν ἐπιδημιῶν περὶ γναφέως τοῦ ἐν Σύρῳ γράφει, σκέλεων τὸ χρῶμα οἷον ὑπὸ κωνώπων ἐγκαταδαμάσειν. καὶ μετ᾽ ὀλίγα περὶ Φερεκύδου, ὀγδόην ὡς ὑπὸ κωνώπων ἀναδήγματα πρὸ τῆς τελευτῆς ἀνέβηξεν. ἐν δὲ ταῖς Κωακαῖς λέγεται τὰ κωνώπων κεντήματα, ἔνθα φησὶ, ταραχώδης ἐπίστασις διὰ ταχέων ἐξανθεῖ, οἷα κωνώπων κεντήματα, τουτέστι νύξεις τινὲς κνησμώδεις, οἷαι καὶ ὑπὸ κνίδης γίνονται, ἃς κνιδώ-*

postea certe vigiliae magis urgebant. Verum neque prorsus ista constitutione moriebantur.

Quod symptoma prodit auctor, illud per se periculosum non est hoc edicto: *Aspredines miliaceae culicum morsibus similes;* verum potius occasionem praebent dubitandi, an sint exanthemata rubra, rotunda, varis similia, cujusmodi in Sileno octavo die post sudorem apparuerunt permanentia, neque evanescentia. Similitudine a culicibus ducta saepenumero usus est Hippocrates. Septimo namque epidemiorum de Syro scriptore scribit. Crurum color velut a culicibus perdomitus videbatur et paulo post de Pherecyde octavo die tamquam a culicibus morsus ante mortem extussivit. In Coacis culicum puncturae leguntur, ubi dicit: turbulenta suppressio, brevi veluti culicum puncturae erumpunt, hoc est quales et ab urtica excitantur, quas uredines in prorrhetico his scriptis vocat:

Ed. Chart. IX. [156.]

σεις ἐν τῷ προῤῥητικῷ καλεῖ, γράφων οὕτως, νάρκαι δὲ καὶ κνιδώσιες οἷσι διὰ τῆς κεφαλῆς διαΐσσουσι. καὶ πάλιν, αἱ κνιδώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ ταύτῃσιν ἧσσον ἢ τοῖσιν ἀνδράσιν, ἢν μὴ τὰ καταμήνια τελέως ἠφανισμένα ᾖ καὶ ἐπὶ τῷ τέλει καὶ αἱ κνιδώσιες ἐν δὲ τῷ στήθει καὶ τῷ μεταφρένῳ, εἰ ἔνεισι.

στ'.

Κοιλίης μὲν οὖν οὐκ ἐνεδέχετο οὐδὲ τοῖσι γεύμασι ἱστάναι, ἀλλὰ παρὰ λόγον ᾤετο ἄν τις ἰήσασθαι ξυμφέρειν, καί τοι ὑπέρπολλά ἐστιν. οἷσιν τὰ δ' ἴοντα ἦν. τῷ ἐν ψύχει κεῖσθαι ὑποβεβλημένον, ὡς ἑλκοῖ μὲν τὸ ψυχρὸν, θάλπει δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκ προσαγωγῆς ἐπὶ μᾶλλον, καίτοι μηδὲν τῇ φύσει πάθος γίνεται, ἐφ' ᾗσί τε καὶ ὁκοῖα τὰ σημεῖα καὶ πλείω ἢ μείω γινόμενα, χάσμη, βὴξ, πταρμὸς, σκορδίνημα, ἔρευξις, φῦσα, πάντα τὰ τοιαῦτα διαφθείρουσιν.

quibus autem torpores et pruritus pungentes per caput percurrunt. Et rurſus: pungentes tamen prurigines et atrae bilis vitia minus hae quam viri ſentiunt, niſi menſtrua prorſus deperdita fuerint. Et prope finem: et num pungentes prurigines ipſis in pectore aut dorſo inſint.

VI.

Alvum igitur aſſumptis ſiſtere non concedebatur; ſed factam praeter rationem medelam prodeſſe quisque cenſuiſſet, etiamſi permulta ſint quibus haec medentur, quod in ſubſtratis frigori cubilibus decumberent. Nam frigidum quidem exulcerat, calefacit autem ejusmodi ſpecies ſenſim progrediendo, etiamnum magis. Atque nullus natura affectus inerat et quibus et qualia ſigna et plura aut pauciora contingebant, oſcitatio, tuſſis, ſternutatio, pandiculatio, ructus, flatus et hujus generis omnia perniciem invehunt.

Ed. Chart. IX. [156. 157.]

Ταῦτα ποτὲ μὲν φύσεως ἔργον ὑπάρχουσι, ποτὲ δὲ γίνονται ἐπὶ νοσώδεσι διαθέσεσιν. νοσώδεις δὲ διαθέσεις λέγω, οὐ μόνον ὅταν ἤδη νοσῶσιν, ἀλλὰ κἀπειδὰν ἄρχηταί τις αὐτῶν συνίστασθαι, παράδειγμα ἔστω σοι ἡ τάραξις ἐπ᾽ ὀφθαλμῶν ἰδίως καλουμένη, φλεγμονῆς ἀρχή τις οὖσα. αὕτη γοῦν καὶ ἄλλαι τοιαῦται νοσώδεις διαθέσεις ἀρχόμεναι συνίστασθαι, λύονται τῆς φύσεως ἐκκρινούσης τοὺς γεννῶντας αὐτὰς ἀτμούς τε καὶ χυμούς. καθάπερ χάσμη καὶ σκορδινισμὸς γίνονται ἐκκρίσεως ἕνεκεν τῶν περιττωμάτων, καὶ ἡ βὴξ ἕνε- [157] κα τοῦ καθαρὰς ἐργάζεσθαι τὰς ὁδοὺς τῆς ἀναπνοῆς. καὶ οἱ πταρμοὶ δὲ φύσεως μὲν ἔργον ὑπάρχουσιν ἀεὶ, γίνονται δὲ ἐπὶ νοσώδεσι διαθέσεσιν. εἴρηται δὲ περὶ πάντων τῶν συμπτωμάτων αἰτίαις, ἔρευξιν δὲ ἐνίοτε κινεῖν συμφέρει, ὡς ἐπὶ τῶν ἐμπνευματουμένων τὴν γαστέρα, καὶ μάλιστα ἐφ᾽ ὧν οὐ διέρχεται κάτω τὸ φυσῶδες πνεῦμα. φησὶ δὲ καὶ τὸν στόμαχον ἀτονοῦντα ῥώννυσθαι διὰ τῶν ἐρυγῶν, ὡς δι᾽ οἰκείου γυμνασίου, ἀλλὰ καὶ

Haec interdum quidem exiſtunt naturae opera, interdum vero ex morboſis affectibus oriuntur. Morboſos affectus dico, non ſolum ubi jam aegrotant, ſed etiam quum jam ipſorum aliquis ceperit conſiſtere. Eſto tibi exempli gratia oculorum perturbatio proprie vocata, quae principium quoddam eſt inflammationis. Is itaque et alii hujusmodi morboſi affectus, quum conſtitui incipiunt, ſolvuntur excernente tum vapores tum humores eos affectus procreantes natura, quemadmodum oſcitatio, pandiculatio, quae ob excrementorum excretionem fiunt. Tuſſis quoque ut mundas efficiat reſpirationis vias. Sternutamenta etiam perpetuo naturae ſunt opera, fiunt tamen in morboſis affectibus. At de his omnibus in libris de ſymptomatum cauſis dictum eſt. Ructum aliquando ciere confert, ut iis qui flatibus oneratum ventrem patiuntur, ac praeſertim quibus flatulentus ſpiritus ad inferiora non deſcendit. Atque narrant ſtomachum imbecillum ructibus tamquam proprio exercitio corroborari. Praeterea ructum acidum

Ed. Chart. IX. [157.]

λειεντερίαν ἡ ὀξυρεγμία ἰᾶσθαι λέγεται. περὶ δὲ τῶν φυσῶν τί δεῖ λέγειν; ἔστι δὲ τούτων γένεσις ἐν αὐτοῖς τοῖς κατὰ γαστέρα χωρίοις, χυμῶν τινῶν αὐτόθι φλεγματωδῶν ἢ σιτίων εἰς ἀτμοὺς λυομένων ὑπὸ θερμότητος ἐνδεοῦς. καὶ γὰρ * *

ζ'.

Ἧισιν ἐν πυρετοῖσιν ἀσώδεσι, φρικώδεσι ἐρεύθονται πρόσωπα, κοπιώδεες, ὀμμάτων ὀδυνώδεες, καρηβαρίαι, παραπληγίαι καὶ γυναικεῖα ἣν ἐπιφαίνεται, μάλιστα δὲ ᾗσι πρῶτον. ἀτὰρ καὶ παρθένουσι καὶ γυναιξὶν, ᾗσι διὰ χρόνου. ἀτὰρ καὶ ᾗσι μὴ ἐν ᾧ εἴθισται χρόνῳ ἢ ὡς δεῖ ἐπιφαίνονται. ἔπειτα ἔξωχροι γίνονται, μέγα δὲ ἐν ἅπασι τὸ καὶ ἑξῆς καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ καὶ ἐφ' οἷσι. τοῖσι πάνυ χολώδεσιν ἐν πυρετοῖσι μάλιστα, ὅλως οἷσιν ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις.

Ἦν εὐπορία τῶν ὠμῶν τε καὶ παχέων καὶ δακνωδῶν

lienteriam ſanare proferunt. De flatibus autem quid enunciandum eſt? Eſt porro eorum generatio in alvinis regionibus, pituitoſis quibusdam aut cibis in flatus caloris penuria ſolutis. Etenim * *

VII.

Quibus in febribus cum corporis jactatione et horrore vultus rubeſcunt, laſſitudines, oculorum dolores, capitis gravitates et paraplegiae adſunt et quibus menſtrua apparent; praecipue vero quibus primum erumpunt. Quin et virginibus et mulieribus, quibus per tempus, ſed et quibus conſueto tempore aut ut decet prodeunt; deinde plurimum pallidae redduntur. Magni autem eſt momenti in omnibus intueri quid et poſtea conſequitur et quo tempore et in quibus admodum bilioſis, in febribus maxime quibusdam prorſus ad crura purgatio ſecedit.

Erat crudorum, craſſorum mordaciumque humorum

χυμῶν, ὡς ἐῤῥέθη καὶ πρόσθεν, ἴσως δὲ καὶ ἀνισότης, ἥπερ ἐν τῇ γεγραμμένῃ καταστάσει τὰς γυναῖκας σὺν φρικώδει τε καὶ κοπώδει αἰσθήσει ἠνώχλησεν, διὸ καὶ τῶν ὀμμάτων ὀδύναι καὶ καρηβαρίαι καὶ παραπληγίαι ἦσαν. τοιαύτη γὰρ τῶν χυμῶν ἀνισότης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν οὕτως ὥρμησεν, ὡς τὰ αἰσθητήρια περιλάβῃ καὶ καρός. διὸ καὶ ἀποστάσεις εἰς ἄρθρα γεγόνασι. συμβαίνει δὲ ταῦτα διὰ τὴν ἐν τοῖς πυρετοῖς θερμασίαν, ἐπὶ κεφαλὴν ἀναφερομένου τοῦ πλήθους, εἶτ᾽ ἐντεῦθεν εἰς βουβῶνας ἢ μασχαλίας ἢ τὰ σκέλεα ἀφίκνηταί τι. τὸ δ᾽ ἀσᾶσθαι τοῖς καύσοις πυρετοῖς γίνεται πάνυ πολλάκις. οὐ μὴν ἀχώριστόν γέ ἐστι. φρικώδεις δὲ μὴ πολλάκις οἱ καυσούμενοι γίνονται. φρικώδεις δὲ πυρετοὶ λέγονται ἐν οἷς μέχρι πλεῖστον τῆς ἀναβάσεώς τε καὶ ἐπιδόσεως καλουμένης τοῦ παροξυσμοῦ αἱ φρῖκαι γίνονται τοῖς νοσοῦσιν. οὐκ ὀνομάζει δὲ φρικώδεις τοὺς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπισημασίας οὕτως γενομένους, ἀλλὰ ἐφ᾽ ὧν ἐπὶ πλεῖστον ὅλου τοῦ παροξυσμοῦ τὸ τῆς φρίκης [158] ἐκτέ-

copia, ut et antea proditum eſt. Sed et fortaſſis inaequalitas, quae in deſcripto ſtatu cum horrido moleſtoque ſenſu mulieres infeſtavit propterea que oculorum dolores, capitis gravedines et paraplegiae aderant. Talis enim humorum inaequalitas ita ad caput tulit impetum, ut ſenſoria occuparit proindeque carus et abſceſſus in articulis facti ſunt. Haec autem accidunt ob febrium calorem ejus copia ad caput aſcendente. Hinc deinde ad inguina vel axillas vel crura pars aliqua deſcendit, quam in ardentibus febribus jactationem concitare accidit quam ſaepiſſime, non tamen hoc inſeparabile eſt. Horrorem vero non ſaepe patiuntur qui ardentibus febribus afficiuntur. Febres autem horridae dicuntur in quibus ad ſummum adſcenſum appellati paroxysmi incrementum usque horrores aegroti ſubeant. At eos horridos non appellat, qui initio inſultus paroxysmi tales fuerunt, ſed in quibus plurimum per totum paroxysmum horroris

Ed. Chart. IX. [158.]

ται σύμπτωμα καὶ γίνεται κατὰ δύο τρόπους, καθ' ἕνα μὲν τῆς ἐπιτάσεως ποιούσης τὰς ἀναδιπλώσεις, καθ' ἕτερον δὲ ποιούσης ἀνώμαλον ἀνάβασιν· καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ γέγραφεν ἐν ταῖς ἐπιδημίαις αὐτὸς, ἦν δὲ τοῖς πλείστοις αὐτῶν τὰ παθήματα τοιάδε, φρικώδεις πυρετοὶ, συνεχέες ὀξέες, ἔνθα φρικώδεις εἶπεν οὐχ ἁπλῶς τοὺς μετὰ φρίκης εἰσβάλλοντας, ὡς πλείστοις γε πυρετοῖς ὑπάρχει τοῦτο, ἀλλὰ, ὡς ἐῤῥέθη, ὅσοις τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ παροξυσμοῦ κατειλήφασιν αἱ φρῖκαι. ἐνίοτε δὲ καὶ τῷ ὑποσείεσθαι οὕτω πολυειδῶς τὸ σῶμα τὰ ἐπιμήνια ταῖς γυναιξὶ γίνονται, ὡς ἐν ταῖς Κωακαῖς γέγραπται, τὰ φρικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαρικὰ, ὀδυνώδεα, γυναικεῖα καταῤῥήγνυσι. ταυτὸ τοῦτο γράφεται ἐν τῷ προῤῥητικῷ, οἷσιν ἐκ ῥίγεος, πυρετοὶ κοπιώδεες, γυναικεῖα κατατρέχει. τράχηλος δὲ ἐν τούτοις ὀδυνώδης, αἱμοῤῥαγικόν. ἂν μὲν γὰρ τὰ γυναικεῖα μὴ γεγένητο, εἰκὸς ἦν τὸ τοῦ προσώπου ἔρευθος αἱμοῤῥαγίαν τινὰ ὑγιεινὴν σημαίνειν. οἱ δὲ τοιούτους ἔχοντες πυρετοὺς τοῖς

ſymptoma porrectum eſt. Quod duobus fit modis: uno quidem, incremento reduplicationes efficiente; altero vero incremento inaequalem aſcenſum creante. Idque eſt quod ipſe in epidemiis ſcripſit: *Oboriebantur autem eorum plurimis hi morbi, febres horridae, aſſiduae, acutae.* Ubi horridas dixit non ſimpliciter eas, quae cum horrore irruunt, ut plurimis febribus, quibus horrores principium inferunt; ſed, ut dictum eſt, plurimam paroxysmi partem occuparunt. Interdum vero etiam quod multoties commoveatur corpus, menſtrua mulieribus prodeunt, ut in Coacis ſcriptum eſt: *Qui horrores laſſitudinem, capitis gravedinem et dolores invehunt, menſtruorum eruptionem portendunt.* Idem in prorrhetico ſcriptis mandatum eſt: *Quibus ex horrore febres ſunt, iis menſtruorum profluvium oboritur.* Cervix autem in his dolore obſeſſa haemorrhagiam prodit. Niſi enim muliebria prodirent, deceret vultus ruborem ſalubrem quandam haemorrhagiam ſignificare. Qui autem hujusmodi febres patiuntur, horri-

Ed. Chart. IX. [158.]

φρικώδεσιν ἑάλωσαν νοσήμασι, ὡς ἐνδείκνυται ὁ παλαιὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν καὶ ἐν ταῖς Κωακαῖς εἰπὼν, τὸ φρικῶδες καὶ τὸ δύσπνουν ἐν τοῖσι πόνοισι σημεῖα φθινώδεα. καὶ πάλιν, οἱ φρικώδεες πυκνὰ εἰς ἐμπύησιν. πονοῦσι δὲ τὰ πολλὰ οἱ φθινῶδες τῇ φρίκῃ, ὅτι τὰ ἐν θώρακι σεσήπηται, ἅπερ τῇ ὀξύτητι αὐτῶν τοὺς λεπτοὺς τοῦ θώρακος ὑμένας, τοὺς τὰ σπλάγχνα σκέποντας, στίζουσί τε καὶ νύττουσι. ὃ δὲ λέγει, ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις, ἴσμεν ὅτι ἐν οἷς ἀπὸ τοῦ μακροῦ νοσήματος τὴν δύναμιν ἀναλαμβανομένους, εἰς τὰ ἀσθενέστερά τε καὶποῤῥωτέρω τοῦ σώματος μόρια τῶν νοσωδῶν ὑπολοίπων χυμῶν ἀποθέσεις γίγνεσθαι. ὅπερ ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἐν ταῖς Κωακαῖς προγνώσεσιν γεγραμμένοις οἷσιν ἐξαίφνης ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ὑποχονδρίου καὶ καρδίας πόνος καὶ παρὰ σκέλεα καὶ τὰ κάτω μέρεα καὶ κοιλίη ἐπῆρται, λύει φλεβοτομίη καὶ κοιλίης ῥύσις παρέξει βλαβερὸν τούτοισι. μακροὶ γὰρ οἱ πυρετοὶ καὶ ἰσχυροὶ γίγνονται καὶ βῆχες καὶ πνεῦμα καὶ λυγμοί. λύεσθαι δὲ μελλόντων τού-

dis morbis ſunt obnoxii, ut demonſtrat ſenex primo epidemiorum et in Coacis his verbis: *Horror et difficilis reſpiratio in laboribus tabida ſigna ſunt.* Atque iterum: *Horrore detenti crebro ad ſuppuratum deveniunt.* Verum et hos febris ad ſuppurationem adducit. Laborant autem ut plurimum horrore tabidi, quoniam thoracis partes marceſcunt, quae ipſorum acumine tenues thoracis membranas viſcera tegentes et pungunt et abluunt. Quod vero dicit, in cruribus purgatio, novimus in vires recuperantibus a diuturno morbo refundi reliquos inſalubres humores in debiliores et remotiores corporis partes, quod eſt iis ſimile quae in Coacis praenotionibus habentur, quos derepente febris expertes hypochondrii et cordis nec non crurum inferiorumque partium dolor ſubſequitur et venter intumeſcit, ſolvit hos venae ſectio, quibus ventris fluxus nocebit. Longae namque febres ac vehementes fiunt et tuſſes et flatus et ſingultus. His autem ſolvi

των πόνος ἰσχυρὸς ἰσχίων ἢ σκέλεων ἢ πτύου πτύσις ἢ ὀφθαλμῶν στέρησις ἐπιγίνεται.

η'.

Φαρμάκων δὲ τρόπους ἴσμεν, ἐξ ὧν γίνεται, ὁποῖα, ἅσσα. οὐ γὰρ πάντες ὁμοίως, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλως εὖ κεῖνται καὶ ἄλλοθι πρωϊτερον ἢ ὀψίτερον ληφθέντα διαχειρισμοῖσιν, οἷον ἢ ξηράναι ἢ κόψαι ἢ ἑψῆσαι καὶ τὰ τοιαῦτα. εὖ δὲ τὰ πλεῖστα καὶ ὁκόσα ἑκάστῳ καὶ ἐφ' οἷσι νοσήμασι καὶ ὁπότε τοῦ νοσήματος, ἡλικίην, εἰδέαν, δίαιταν, ὁποίη ὥρη ἔτεος καὶ ἥτις καὶ ὁποίως ἀγομένη καὶ τὰ τοιαῦτα.

[159] Τῶν καθαιρόντων φαρμάκων φύσιν τε καὶ δυνάμεις καὶ ἐνεργείας περιγράφει νῦν ὡς ἐν ἐπιτομῇ καὶ φησὶν, τί δεῖ ὁρᾷν ἡμᾶς ἐν τῷ λαμβάνειν αὐτὰ καὶ ἐνδεί-

incipientibus, vehemens coxendicum vel crurum dolor aut puris expuitio aut oculorum privatio fupervenit.

VIII.

Medicamentorum genera novimus, ex quibus, qualia et quae fiant. Non enim omnia fimiliter, fed alia aliter probe componuntur. Atque alibi maturius aut tardius fumpta differunt et praeparationes ipfae, quale eft ficcare, tundere, coquere et hujusmodi caetera. Plurima vero praeterea quae huc confideranda veniunt, quaenam cuique conveniant et quibus in morbis et quo morbi tempore, aetas etiam, idea, victus, anni quoque tempus quodnam fit et qualiter procedat et hujusmodi caetera.

Purgantium medicamentorum naturam, facultates et effectus hic tamquam per epitomen defcribit et quid nobis infpiciendum fit ipfa fumpturis pronunciat, etiam indica-

ξεις τινὰς περὶ τῆς καθάρσεως ἐν κεφαλαίῳ παραδίδωσιν, ἃς ἡμεῖς γε καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως καὶ ἐν τῇ θεραπευτικῇ μεθόδῳ προστεθείκαμεν, καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων συνθέσεως διεξοδικῶς γράψομεν. αὐτὸς δὲ νῦν παραινεῖ τοῖς ἰατροῖς εἰδέναι τὰς φύσεις τῶν φαρμάκων καὶ ἐξετάζειν τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ληπτέον τὸ φάρμακον, καὶ ἐπιβλέπειν τὰς φύσεις τε καὶ κράσεις καὶ τὸ ἔθος καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ῥώμην τῶν λαμβανόντων καὶ τὴν ὥραν, πότερον ἰδία ᾖ ἢ καὶ ἀλλοιουμένη διότι. εὑρήσεις τινὰς τὰ φάρμακα εὐκόλως λαμβάνειν δυναμένους, ἄλλους δὲ ἐναντίως, ὡς καὶ ἄλλους κατὰ μηδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν κακουμένους, ἄλλους δὲ ὑπ᾽ ἐκείνων στρέφεσθαι, ἄλλους δὲ οὕτω διακειμένους, ὡς οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς χρῆσθαι δύνασθαι, καὶ τὸν στόμαχον αὐτοῦ ἀποστρέφεσθαι καὶ πρὸ χρήσεως ἐκλύεσθαι ῥᾳδίως. εὑρίσκομεν γοῦν ἐν τῇδε τῇ ἐξετάσει τὰ μὲν τῶν φαρμάκων καθ᾽ ὅλης ἐνεργοῦντα τὰς οὐσίας, τὰ δὲ μικτὸν ἐν τῇ οὐσίᾳ τὴν δύναμιν ἔχοντα καὶ διπλῆν ἐνέργειαν ἀποτε-

tiones quasdam paucis tradit, quas nos etiam in libro de purgantium medicamentorum facultatibus et in opere de medendi methodo addidimus; etiam in operibus de purgantium medicamentorum compositione copiose scripturi sumus. At nunc auctor medicos hortatur, quo noscant medicamentorum naturam et per opportunum tempus quo medicamentum assumendum sit scrutentur et accurate considerent eorum qui id assumunt, naturas, temperamenta, consuetudinem, aetatem, robur virium et anni tempestatem, utrum propria aut ab assumendo alienata sit. Quapropter quosdam invenies medicamenta posse citra molestiam assumere, alios vero contra: ut etiam alios qui nullum ab ipsis malum percipiant, alios autem ita affectos, ut neque initio ipsis uti queant et eorum stomachus ita aversetur, ut etiam ante usum prope exsolvatur. Itaque invenimus hoc in examine medicamenta quaedam quae tota substantia agunt; quaedam vero mixtam in substantia facultatem sortiuntur et duplicem actionem

λοῦντα, καὶ ταῦτα οὕτως ἐναργῶς ἐνίοτε, ὡς καὶ τὰ ἐναντιώτατα ὑπ᾽ αὐτῶν γίγνεσθαι καὶ τοῦτο θαυμαστὸν τοῖς ὁρῶσιν εἶναι. καὶ γὰρ ὁ τῆς κράμβης χυλὸς ἐκταράσσει τὴν κοιλίαν, τὸ δὲ λάχανον αὐτὸ ἡ κράμβη ἀπέχει, καὶ τἄλλα πολλὰ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. διαχειρισμοὺς δὲ λέγει τὰς τῶν φαρμάκων οἰκονομίας τε καὶ παρασκευὰς καὶ συνθέσεις καὶ δόσεις. ἀγωγὴν δὲ, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τὴν κατάστασιν ὠνόμασε τοῦ περιέχοντος, ὅτι τῷ περιέχοντι συνεξαλλοιοῦται τὰ τῶν ζώων σώματα· διὸ παραινεῖ καὶ ταύτην ἡμᾶς ἐπιβλέπειν.

θ'.

Ζωΐλῳ τῷ παρὰ τὸ τεῖχος ἐκ βηχὸς πεπείρης πυρετὸς ὀξὺς καὶ προσώπου ἔρευθος καὶ κοιλίη ἀπολελαμμένη, πλὴν πρὸς ἀνάγκην. πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ καὶ οὖς κατ᾽ ἴξιν ὀδυνῶδες πάνυ καὶ κεφαλὴ οὐ τοσούτῳ. πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει. ἀλλὰ τὰ ἄλλα ἐκρίθη καὶ κατ᾽ οὖς ἐῤῥάγη πῦον πολὺ, περὶ ὀγδόην ἢ ἐνάτην, αἱ δὲ ἀρ-

perficiunt. Haecque ita dilucide interdum, ut et quae maxime contraria sunt operentur, idque conspicientibus admirationem advehunt. Etenim brassicae succus alvum perturbat, olus autem ipsum brassicae contrarium et alia multa hoc modo efficit. Dispensationes autem medicamentorum appellat administrationes, praeparationes, compositiones et doses, curandique rationem ut in libro epidemiorum primo ambientis statum nominavit, quo quia ambiente animalium corpora commutantur, propterea etiam ipsum nos considerare adhortetur.

IX.

Zoilo juxta murum ex matura tussi febris acuta suborta est et faciei rubor alvusque praeterquam ad necessitatem intercepta, lateris sinistri dolor et auris e directo magnopere dolebat, sed caput non tantopere. Spuens purulentum semper aegrotabat. Sed alia judicata sunt et ad octavum aut nonum diem ex ore pus copiosum

Ed. Chart. IX. [159. 160.]

χαὶ τῆς ἐνάτης ὀγδόης τοῦ ὠτός. οὐκ οἶδα ὅπως ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις. ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα καὶ οὗτος ἐμπεδοτίμη ξύγκαυσος καὶ ἀριστεροῦ πλευροῦ. ἄνω ἅμα ὠτὶ ἀνωδύνη μάλιστα [160] κατ᾽ ὠμοπλάτην. ἀτὰρ καὶ ἔμπροσθεν πτύελα πολλὰ, κατ᾽ ἀρχὰς πιπέντα ἀνθηρὰ καὶ ἀμφὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην, ἔπειτα ἐπίπονα, κοιλίη ἑστήκει μέχρις ἀμφὶ ἐνάτην καὶ δεκάτην, ἡ ὀδύνη ἀπέσβη, οἴδημα ἀνίει καὶ ἱδρώτια ἐγένετο, οὐ μὴν ἔκρινε. δῆλα δὲ ἦν καὶ ἄλλοισι καὶ τῇ ἐξόδῳ. περὶ γὰρ ἀρχομένην τὴν τοῦ ὠτὸς ὀδύνην καὶ ἡ γαστὴρ ἀπεταράχθη. ἐῤῥάγη δὲ ἐκ τοῦ ὠτὸς ἐνάτῃ καὶ ἐκρίθη τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄνευ ῥίγεος ἡ νόσος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. ἀτὰρ καὶ τὸ πτύελον λαυρότερον εἴη, ἐπεὶ τὸ οὖς ἐῤῥάγη καὶ πεπειρότερον. ἱδρῶτας δὲ καὶ ἕρπητα ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς κεφαλῆς ἐγένοντο. ἐξηράνθη ὡς τρίτῃ, ὁπόσα ἀσήμως ἀφανίζεται δύσκριτα καὶ οἷον τῇ τοῦ Πολεμάρχου παιδίσκῃ ἐρυσίπελας.

---

erupit. Ad noni vero principia auris dolor cessavit; haud scio quomodo sine rigore judicatio facta est. Caput valde sudavit aurisque et lateris sinistri stabilis erat quidam ardor. Superne una cum aure ad scapulas praecipue dolor sedatus est. Sed et ante sputa multa ab expuitionis initio et circa septimum aut octavum diem florida rejecta sunt, deinde laboriosa. Alvus adusque nonum et decimum diem restitit, dolor exstinctus est, tumor remittebat, parvique sudores fiebant, non tamen decernebant. Sed manifesta erant tum ex aliis tum ex secessu judicia. Incipiente siquidem auris dolore, venter perturbatus est, nono autem die ex aure pus erupit et morbus absque rigore decimo quarto eodem ipso die judicatus est. Quin et sputum copiosius et magis coctum procedebat, ubi ex aure pus erupit. Sudores autem et serpentia ulcuscula ad multum tempus in capite creabantur, quae tertio die resiccata sunt. Quaecunque non significata disparent, male decernunt, quemadmodum ancillae Polemarchi erysipelas.

Ed. Chart. IX. [160.]

Τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων συμπτωμάτων συνδρομὴ ἦν τῶν παρωτίδων σημαντική. εἰκὸς γὰρ ἦν ἐν τῷ ὀξεῖ πυρετῷ, κεφαλαλγίᾳ, προσώπου ἐρεύθῳ, κοιλίας ἐπισχέσει, ὑποχονδρίου ὄγκῳ τε καὶ τάσει, τὴν τῶν παρωτίδων ὕλην ἄνω φέρεσθαι. συμφωνεῖ δὲ ταῦτα τοῖς ἐν τῷ προῤῥητικῷ γεγραμμένοις, δι' ὧν προγινώσκει τὰς παρωτίδας ἔσεσθαι. τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὑποχόνδρια ὀδυνώδεα, αἱματώδεα μικρὰ, ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς ἐπανίσταται. πρόσθεν δὲ καὶ τὰ περὶ πρόσωπον, καὶ μετ' ὀλίγα ὑποχονδρίου σύντασις μετὰ κώματος ἀσώδους καὶ κεφαλαλγίης, τὰ παρ' οὖς ἐπιῤῥεῖ. καὶ πάλιν, τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὀδυνώδεα ὑποχόνδρια, θαμινὰ, σμικρὰ πτύοντα. τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα, κωματώδεες, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν παρωτίδων ὕλη εἰς τὸν πνεύμονα μεταφερομένη τῇ ῥώμῃ τῆς φύσεως ἀπωθείθη, ὥσπερ ἐν ταῖς Κωακαῖς ἐῤῥέθη διὰ τούτων· τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχέα μετὰ πτυαλισμῶν ἰόντα. ὃ δὲ λέγει, τὴν κοιλίαν ἀπολελαμμένην, σημαίνει τὴν ἐπεσχημένην, ὥς φησιν ἐν τῷ

Talium ac tantorum ſymptomatum concurſus parotidas portendebat. Conſentaneum ſiquidem erat in acuta febre, capitis dolore, faciei rubore, alvi ſuppreſſione, hypochondrii tum tumore tum tenſione, parotidum materiam ſurſum vehi. Haec autem iis ſunt conſona quae in prorrhetico ſcripta ſunt, quibus parotidas fore praecognoſcit, ſoporoſa, faſtidioſa, dolentia hypochondria, parce ſanguinea, quae ad aurem in tumorem aſſurgunt. Ad haec prope aures anteriores faciei partes tument. Atque paulo poſt: hypochondrii contentio cum ſopore faſtidioſo et capitis dolore ad aures affluunt. Rurſum etiam: comatoſa, nauſeabunda, dolentia hypochondria, denſa ac pauca expuentia ad aurem tumores, comatoſi. Quin etiam parotidum materia in pulmonem translata naturae robore expulſa eſt, ut in Coacis pronunciatum eſt. Quas ob res aurium tumores evacuat tuſſis cum ſalivatione. Quod vero dicit: *Interceptam alvum*, ſuppreſſam ſignificat, ut in prorrhetico pronunciat: *Ventres intercepti, pauca vero*

προῤῥητικῷ, κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι καὶ τὸ, οἱ κεφαλαλγικοὶ κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμμα θρασύοντες, ἀνθηρὰ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται, καὶ οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, σπασμώδεες. καλεῖ δὲ καὶ ἀπολελαμμένους ἐν ταῖς Κωακαῖς, ὧν ἡ κοιλία ἐπίσχεται, ἔνθα φησὶ, ἀπολελαμμένοι ἐφιδροῦντες, οὖρα τουτέοισι τὸ θολερὰ, πνεῦμα καὶ τὸ γονοειδὲς διελθὸν, λύγγα σημαίνει. κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν εἶπεν ἐν τῷ προῤῥητικῷ, τὰ σῖτα ἀπολελαμμένα, τοὺς ἀπεσχημένους τὴν γαστέρα σημαίνων. διὸ προσέθηκε, πλὴν πρὸς ἀνάγκην, τουτέστι μετὰ τοῦ πραγματεύεσθαί τι τὸν ἰατρὸν ἢ διὰ κλυστῆρος ἢ διὰ βαλάνου. τὸ γὰρ πρὸς ἀνάγκην τοιοῦτόν τι σημαίνει. ἤθροισε γοῦν ἐνταῦθα συμπλοκὴν τῶν διαθέσεων ἐκ τῆς τῶν οὐχ ὁμογενῶν συνδρομῆς. περὶ δὲ τῶν πτυέλων τῶν ἀνθηρῶν ἐῤῥέθη ἡμῖν κατὰ τὸ πρόσθεν ὑπόμνημα. ὃ δὲ λέγει νῦν ἐπίπονα, σπάνιόν ἐστιν. εἴωθε γὰρ λέγειν τὸ ἐπιπόνως φέρειν, ὡς ἐναντίον τοῦ ῥηθέντος ἐν [161] τοῖς

nigra, globulosa ad necessitatem emissa. Et illud: *Cephalalgia cum catocho laborantes, delirantes, alvo intercepta, oculos ferocientes, floride in opisthotonum incidunt, quique in febribus exudantes dolore capitis afficiuntur, alvo intercepta, convulsione prehenduntur.* At etiam interceptos vocat in Coacis, quorum alvus retinetur. *Hic*, inquit, *intercepti, leviter exudantes, his urinae turbidae flatus et geniturae effluvium, singultus significant.* Ad eundem sensum in prorrhetico: *cibos interceptos, retentos in ventre cibos significat.* Propterea addidit, *praeterquam propter necessitatem*, hoc est opitulante aliquantulum medico vel clystere et glande. Illud enim, propter necessitatem, tale quid denotat. Colligit itaque hic affectionum complexum ex rerum minime homogenearum concursu. De floridis autem sputis a nobis in superiori commentario enunciatum est. Quod vero modo dicit cum magna difficultate rarum est. Consuevit namque dicere difficulter ferre, ut contrarium ejus pronunciatum in

Ed. Chart. IX. [160.]

ἀφορισμοῖς εὐφόρως φέρειν καὶ ὅμοιον τῷ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν δυσφόρως ἔχειν, ὡς ὅταν λέγει, καὶ οἱ πλεῖστοι διῆγον ἐπιπόνως, σημαίνων τὰ συμπτώματα τοῖς πλείστοις τῶν καμνόντων ἐπιπόνως συμβῆναι, ὥστε οὐ ῥᾳδίως ἀνέχεσθαι. οὐκ ἀνομοίῳ δὲ λόγῳ φαίνεται καὶ ἐν τῷ προῤῥητικῷ γεγράφθαι, καὶ οὖρα δ' ἐπίπονα πονηρὸν, ἵνα σημαίνῃ τὰ μετὰ πόνου ἐκκρινόμενα. ὁπόσα δὲ ἀσήμως ἀφανίζεται, δύσκριτα, εἶπε, διότι εἰ μέγα τι καὶ ἰσχυρὸν νόσημα μέλλοι παύεσθαι, χρὴ προηγεῖσθαι τῆς λύσεως αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ἃ λυτήρια καλεῖται. ταῦτα δὲ εἰσὶν οἱ ἱδρῶτες χρηστοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος γενόμενοι ἢ πλῆθος οὔρων ἢ διαχωρημάτων ἢ ἐμέτων ἢ αἱμοῤῥαγία ἐκ ῥινῶν ἤ τις ἄλλη κένωσις αἵματος, οἷον ἐξ αἱμοῤῥοΐδων ἢ ὑστερῶν ἢ εἰς τοὺς ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἀδένας ἢ εἰς ἄλλα μόρια ἄκυρα ἢ εἰς τὰ ἄρθρα ἀποσκήματα. μηδενὸς δὲ τῶν σημείων ἐπιφανέντος, τὸ μὲν νόσημα πεπαῦσθαι ἔδοξε, ὑποτροπιάζει δὲ οὐ μετὰ πολλά. διὸ εἶπεν ἐν τῷ προγνωστικῷ, ὁκόσοισιν οἱ πυρετοὶ παύονται, μήτε σημείων γινομένων λυτηρίων

aphorismis loquuti, *facile ferre;* ac perſimile eſt illi qui in primo epidemiorum ſcribitur difficulter ſe habere, ut quum dicit, *plurimi laborioſe degebant*, ſignificans ſymptomata plurimis aegrotantibus laborioſe contigiſſe, ut non ea facile ferrent. Non diſſimili ratione in prorrhetico ſcripſiſſe videtur: *atque urinae difficiles, malum*, ut ſignificet eas cum labore excerni. Quaecunque vero ſine ſigno evaneſcunt, inquit, quoniam ſi tum magnus tum vehemens morbus ceſſaturus eſt, ſed ſolutionis ipſius ſigna, quae ſolutoria vocantur, praecedant oportet. Haec autem ſunt utiles ſudores per univerſum corpus effuſi aut urinarum aut dejectionum aut vomituum copia aut e naribus haemorrhagia aut alia quaedam ſanguinis evacuatio, vel utero vel auribus in glandulas aut alias in partes ignobiles aut in articulos decubitus. Nullo autem apparente ſignorum, morbus quidem ceſſaſſe viſus eſt, ſed non multo poſt revertitur. Propterea in prognoſtico protulit: *Quibuscunque febres ceſſant, ſolutoriis*

μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισιν, ὑποστροφὴν προσδέχεσθαι χρὴ τουτέοισιν, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀφορισμῶν, τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παρὰ λόγον. ὅθεν ὁ τοῦ προῤῥητικοῦ συγγραφεὺς λέγει, τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσοντα, θάνατον σημαίνει. αἱ τοίνυν λύσεις τῶν νοσημάτων, ἵνα ὦσι πισταὶ καὶ βέβαιαὶ, δέονται δαψιλῆς τινὸς ἐκκρίσεως ἢ ἀποστάσεως ἐπιφανοῦς. εἰ δὲ μὴ, συμβαίνειν εἴωθε τὰ ἐν τῷ προῤῥητικῷ γεγραμμένα τόνδε τὸν τρόπον, τὰ ἐπώδυνα ἀκρίτως καταμολυνθέντα φλαῦρα, ἐπειδὴ τὰ καταμολυνθέντα τὴν κατὰ βραχὺ λύσιν ἐνδείκνυται. καὶ τάδε, δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι κακόν. καὶ τὸ, πλευροῦ ἄλγημα ἐπὶ πτύσεσι χολώδεσι ἀλόγως ἀφανισθὲν ἐξίσταται. καὶ τὸ ἐν Κωακαῖς, τὰ ἐν πονηροῖσι σημείοισι κουφίζοντα καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα δύσκολα. καὶ λέξει αὐτὸς προελθὼν, τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥιΐζοντα

ſignis non apparentibus, neque diebus criticis, iſtas reverti expectemus oportet, ut in ſecundo aphorismorum: *Nullam his morbis praeſtare fidem oportet qui non ſecundum rationem levant: neque admodum metuere quae pernicioſa praeter rationem contingunt.* Unde auctor prorrhetici pernicioſa appellat, quae nullo edito ſigno levarunt, mortem portendunt. Ut itaque morborum ſolutiones certae ac ſecurae ſint, copioſam quandam excretionem aut manifeſtam ſeceſſionem deſiderant. Quodſi haec non eveniant, accidere ſolent quae in prognoſtico hoc modo ſcripta ſunt: *Quae dolentia non critice ſenſim ſolvuntur, malae.* Quia quae molleſcunt, brevi futuram ſolutionem indicant. Haec etiamnum: *Sitis praeter rationem ſoluta in acutis morbis malum.* Id quoque: *Qui lateris dolor in acutis bilioſis praeter rationem evanuerit, mentis alienationem indicat.* Illud enim in Coacis: *Quae in pravis ſignis levant, quaeque in utilibus non remittunt, difficilia.* Ipſe quoque procedens dicturus eſt: *Qui tumores praeter rationem facile evaneſcunt, adulterinum.* Quin et in liu-

Ed. Chart. IX. [161.]

τα κίβδηλον. καὶ ἐν τῷ τέλει τούτου τοῦ μορίου, κακοηθέστερα, τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης. ταῦτα δὲ ὅτε σημαίνει αὐτὸς χωρὶς σημείων ἤτοι ἐκκρίσεως ἢ πέψεως γίγνεσθαι. πρῶτον μὲν λέγει ἀφανίζεσθαι, εἶτα δὲ καὶ ἐξαίφνης καὶ παραλόγως καὶ ἀλόγως καὶ ἄνευ προφάσεως καὶ μὴ κατὰ λόγον καὶ ἀκρίτως καὶ ἀσήμως. φέρεται δὲ ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἀφανίζεσθαι καὶ περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, ὡς περὶ τῶν παρωτίδων λαπάσσεσθαι, τουτέστι προστέλλεσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι. ἀλλὰ καὶ ἔθος αὐτοῦ τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν ἐπὶ πάντα τὰ ὁποσοῦν προστελλόμενα φέρειν, ἐπειδὴ κενότερα γίνεται. καὶ ἐν τῷ προγνωστικῷ εἶπεν γαστέρα λαπάττειν, τουτέστι κενοῦν καὶ προστέλλειν τὰ τῆς γαστρὸς οἰδήματα. χρῆται δὲ πρὸς τὸ τοῦτο σημαίνειν μὴ μόνον ταύταις ταῖς φωναῖς, ἀφανίζεσθαι, κουφίζεσθαι, ῥηΐζεσθαι, λαπάσσεσθαι, μωλύνεσθαι, ῥαστωνῆσαι, κριθῆναι, λυθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἄλλαις πολλαῖς.

---

jus ſectionis ſine: *Quae deteriora derepente evaneſcunt.* Haec autem ipſe profert quum ſine ſignis vel excretione vel coctione fieri ſignificat. Imprimis quidem evaneſcere dicit, deinde vero et derepente et praeter rationem et absque ratione et ſine manifeſta cauſa; non ſecundum rationem, citra judicium et citra ſigna. Evaneſcere autem ab ipſo etiam effertur de tumoribus praeter naturam, ut de parotidibus vacuari, molleſcere, hoc eſt remitti et evaneſcere. Verum et ipſius eſt conſuetudo hanc vocem *λαπάσσεσθαι*, hoc eſt remitti et evaneſcere, proferendi de omnibus quae quomodocunque remittuntur, quandoquidem magis vacuantur. In prognoſtico quoque dixit ventrem *λαπάττειν*, hoc eſt vacuare et ventris tumores reprimere. Utitur autem, ut ſignificet non ſolum his vocibus evaneſcere, levari, facile diſſipari, molleſcere, remitti, roborari, judicari, ſolvi, ſed et plerisque caeteris utitur.

ι'.

[162] *Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ κακὸν, πλὴν τῶν ἐφημέρων, καὶ οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες κακίονες, ἐν τοῖσιν ὀξέσιν ἐξ ἀρχῆς παρακμάσαντες.*

Πολλαὶ ἴσως δόξειεν εἶναί τινι αἱ διαθέσεις τῷ πλήθει τῶν ὀνομάτων ἐξαπατωμένῳ, οἷον βουβῶνες καὶ φύματα καὶ φύγεθλα καὶ ὀφθαλμίαι καὶ περιπνευμονίαι καὶ πλευρίτιδες καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ὁμοίως ὀνομαζομένων. ἅπαντα γὰρ ταῦτα φλεγμοναὶ μέν τινές εἰσι, διαφόρου δ' αὐτῶν ἕκαστον ἔτυχε προσηγορίας. ἔστι γὰρ ὁ μὲν βουβὼν καὶ τὸ φῦμα καὶ φύγεθλον ἀδένων παθήματα, βουβὼν μὲν ἡ φλεγμονὴ, φῦμα δὲ τὸ ταχέως αὐξανόμενον καὶ πρὸς ἐκπύησιν ἐπειγόμενον, φύγεθλον δὲ τὸ λεγόμενον φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας ἢ ἐρυσιπελατώδης φλεγμονή. οἱ δὲ χωρὶς ἕλκους ἢ φανερᾶς αἰτίας τῶν ἀδένων ὄγκοι ὕποπτοι σφόδρα νομίζονται, πλῆθος σημαίνοντες. ὀνομάζουσι δὲ οὕτως ἐξανθέντας ἀδένας. ἂν

X.

Febres bubonibus obortae, praeterquam diariae, malum. Bubones vero febribus ſuccedentes, ſi in acutis ſtatim per initia remiſerint, deteriores.

Multos fortaſſis aliquis affectus eſſe cenſuerit nominum multitudine deceptus. Verbi gratia bubones, tubercula, panos, lippitudines, peripneumonias, pleuritidas et caetera multa ſimilibus nominibus donata. Haec enim omnia quaedam inflammationes, verum ipſorum unumquodque diverſum nomen ſortitum eſt. Bubo namque, tuberculum, panus, glandularum ſunt morbi. Bubo etiam inflammatio. Tuberculum autem eſt quod cito ad incrementum et ſuppurationem procedit. Panus vero eſt quod phlegmonodes, eryſipelas aut eryſipelatodes phlegmone denominatur. Qui vero oboriuntur glandularum tumores ſine ulcere aut manifeſta cauſa, admodum ſuſpecti ducuntur, qui plenitudinem produnt. Sic autem nominant

Ed. Chart. IX. [162.]

μὲν οὖν οἱ ἐκ τῶν ἀδένων φλεγμονῆς γινόμενοι πυρετοὶ τὴν αἰτίαν ἔχωσι φανερὰν, ἢ καὶ ἐκ τῶν ἐφημέρων ὦσιν, οὐχ ὕποπτοι. οἱ δὲ βουβῶνες οἱ ἐπὶ τοῖς πυρετοῖς κακίω εἰσὶ, ὅτι διὰ τὴν τῶν σπλάγχνων φλεγμονὴν καὶ μεγάλην τῶν χυμῶν σηπεδόνα γίνεσθαι φαίνονται, οἷον καὶ κατὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν τοῖς κακοηθέσι πυρετοῖς ἐπιγίνονται. ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀδένων ὄγκοι ἐν τοῖς πυρετοῖς χρονίαν διάθεσιν σημαίνουσιν, ὡς ἐν ταῖς Κωακαῖς γράφεται ὡδί πως, ἐν πυρετοῖσι βουβῶνος ἄλγημα νοῦσον χρονίην σημαίνει. συμβαίνει δὲ τοῦτο, ὅτι τῶν κακοηθῶν χυμῶν μεγάλην φορὰν ἔχουσι, ἐξ ὧν μάλιστα, ὡς ἐκ τῆς ὕλης, ὁ πυρετὸς γίνεται. εἰ δὲ ἐξ ἀρχῆς παρακμάζουσι, κακίονες κρίνονται, ὅτι τὰς δυνάμεις ἀσθενεῖς τε καὶ καταβεβλημένας εἶναι μαρτυροῦσι, διὸ εἶπεν αὐτὸς, αἱ ἀποστάσιες, οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὸ σπλάγχνα· κακοήθεες δὲ οὗτοι.

---

efflorefcentes glandulas. Enimvero fi febres ex glandularum inflammatione creata manifeftam caufam fortiantur, aut etiam diariae fint, minime fufpectae habentur. Bubones autem febribus fupervenientes, deteriores exiftunt, quod ob vifcerum phlegmonem et magnam humorum putredinem procreari videantur, quales in peftilenti ftatu malignis febribus fuboriuntur. Et vero glandularum tum tumores in febribus diuturnum affectum declarant, ut hoc modo in Coacis fcriptum eft. In febribus bubonis dolor morbum diuturnum fignificat. Id autem accidit quia magnam malignorum humorum copiam habent, ex quibus potiffimum tamquam ex materia febris accenditur. Quod fi ab initio decrefcant, pejores judicantur, quod tum imbecillas, tum proftratas effe vires teftentur. Propterea dixit ipfe, *abfceffus veluti bubones fignum quidem* effe progreffus habentium ex aliorum vifceribus praefertim infidentium. At hi maligni funt.

Ed. Chart. IX. [163.]

ιά.

[163] *Τὰ πνεύματα ὑποχονδρίοισιν ἔπαρσις μαλθακὴ καὶ ἔντασις οὐδετέρη, ἐπ᾽ αὐτῶν ἄνω στρογγύλων ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, οἷον περιφέρεια ἀποπυητική. ἄλλο μακρότερον ἐπὶ πλέον, ἄλλο κεχυμένον, ἄλλο κάτω ῥέπον, καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ξύντασις μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ. ἐν πάσῃ τῇ ἄνω ἴξει, ἢν ἐπανάληται καὶ ἐπίληπται εἰς τὸ περιφερὲς, ἢν μὲν πνεῦμα ᾖ, ἀκρίτως λεπτύνεται θέρμῃ, ἢν δὲ τοῦτο διαφύγῃ, ἐς ἐμπύησιν ὁρμᾷ.*

Πνεύματα λέγει νῦν τὰς φύσας, αἷς τὰ μόρια τοῦ σώματος ἐνοχλοῦνται, καθ᾽ ὃ σημαινόμενον πνευματώδεις λέγομεν περὶ τῶν ἐμπεπνευματωμένων καὶ περὶ τῆς πεπνευματωμένης γαστρός.

ιβ'.

Πυκνὰ πνεύματα, σμικρὰ, μεγάλα, ἀραιὰ, ἔξεισιν, ἔξω μέγα,

XI.

Qui flatibus conflictantur cum molli hypochondriorum tumore et neutrius lateris contentione, iis superne in dextris rotundum quiddam ac veluti circumferentia aliqua pure plena, quod modo valde extensum est, modo vero diffusum, interdum etiam deorsum vergit et utrinque ad umbilicum contentionem facit. Si flatus in ea quae sursum fit in directum latione, in rotundum quiddam concludatur et veluti comprehendatur, absque judicatione calore attenuatur. Quodsi illud effugerit, ad suppurationem procedit.

Flatulentos spiritus vocat flatus quibus corporis partes divexantur. Qua significatione flatulentos eos appellamus, quum de inflatis et de inflato ventre loquimur.

XII.

Spiritus densi, parvi, magni, rari. Foras magnus pro-

ἔσω σμικρόν. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ καταπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισημιέουσιν, θερμὸν, ψυχρόν.

Αἱ τῆς δυσπνοίας συζυγίαι τε καὶ διαφοραὶ τελεώτερον ἐν τῷ ἕκτῳ εὑρίσκονται γεγραμμέναι. καὶ γὰρ ταῖς τρίταις τετάρτη πρόσκειται, σαφῶς παραλελειμμένη ἐν τῷδε τῷ δευτέρῳ. οἶμαι δὲ τοῦτο συμβεβηκέναι οὐχ ὑπὸ γραφέως, ἀλλὰ μᾶλλον ἢ ἀμαθείᾳ ἢ ῥαθυμίᾳ τῶν παλαιῶν βιβλιογράφων, καὶ τὸ σφάλμα ἧκεν μέχρι δεῦρο. διὸ ἡ διαίρεσις τῶν δυσπνοιῶν ἐνταῦθα μὲν ἐλλιπῶς, ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ τελέως γέγραπται ὧδέ πως, πνεύματα μικρὰ, πυκνὰ, μεγάλα ἀραιὰ, μικρὰ ἀραιά· μεγάλα πυπνὰ, ἔξω μεγάλα, εἴσω μικρὰ, εἴσω μεγάλα, ἔξω μικρά. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσι, θερμὸν, ψυχρόν. ταῖς μὲν γὰρ συζυγίαις, ταῖς κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ κατὰ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα, τὰς ἄλλας δύο προστί-

cedit, intro parvus. Hic quidem protenſus, ille vero urgens. Duplicata intro revocatio qualis ſuperinſpirantibus, calidus, frigidus.

Difficilis reſpirationis conjugationes ac differentiae perfectius in ſexto deſcriptae comperiuntur. Etenim tribus quarta adjicitur manifeſte hoc in ſecundo praetermiſſa. At id arbitror accidiſſe non auctoris, ſed potius veterum ſcribarum ignorantia vel negligentia. Et hic error ad hoc usque tempus pervenit. Propterea diviſio difficilis reſpirationis hic datur mutilata. In ſexto vero perfecte hoc modo deſcripta eſt: *Spiritus parvi, denſi, magni rari; parvi rari; magni denſi; extra magni; intus parvi; intus magni; extra parvi. Alter quidem extendens, alter vero urgens. Dupla intro revocatio veluti ſuperinſpirantibus, calidus, frigidus.* Conjugationibus enim ſecundum magnitudinem et parvitatem et ſecundum denſitatem et raritatem; alias duas ſuperaddit, unam qui-

Ed. Chart. IX. [163. 164.]

φησι, μίαν ἐν ᾗ μικροτέρα καὶ πυκνοτέρα ἡ ἀναπνοὴ γίνεται, ἑτέραν δὲ, ὅταν μείζων τε ἅμα ἀραιοτέρα τέ ἐστιν. καὶ πρὸς ταύταις ἄλλην τρίτην, ἐν ᾗ μικροτέρα τε καὶ ἀραιοτέρα, καὶ πρὸς ταύτῃ τὴν τετάρτην, [164] ἐν ᾗ μικροτέρα καὶ πυκνοτέρα ἐστὶν, ἣν ἐνταῦθα παραλειμμένην ὑπὸ βιβλιογράφου φαμέν. πρόδηλον γάρ ἐστι, δύο ἀντιθέσεις ἀλλήλαις συμπλεκομένας τέσσαρας ἀπεργάζεσθαι συζυγίας, ὅτι μὲν οὖν * * *
καὶ τούτων ἡ δευτέρα γέγραπται μὲν ἐν τῷ ἕκτῳ, παραλέλειπται δὲ ἐν τῷδε. οὐ γὰρ πρόσκειται τὸ, εἴσω μέγα, ἔξω μικρὸν, ἀλλὰ θάτερον μόνον εἶδος δυσπνοίας τέτακται. καθ' ὃ * * * ζητήσειε δ' ἄν τις εἰκότως τί δή ποτε κατὰ τὸ προγνωστικὸν περὶ δυσπνοίας ὧδέ πως γράφει, πνεῦμα πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι. μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου παραφροσύνην σημαίνει, ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στό-

dem in qua respiratio minor et densior, alterum vero quum et minor et rarior existit. His aliam tertiam addit, in qua tum minor tum rarior. Et praeterea quartam, in qua et minor et densior est, quam hic a scriba praetermissam esse dicimus. Constat enim duas oppositiones sibi invicem complicatas quatuor conjugationes constituere.
* * Quod itaque * *
* * * et harum secunda descripta quidem in sexto, in secundo vero praetermissa. Non enim adjicitur intro magnus, extra parvus. Verum alterum tantummodo difficilis respirations genus secundum constitutum est, quod * * * * *
Inquiret autem cum ratione aliquis quare in prognostico de difficili respiratione hoc modo scribat; spiritus densus quidem laborem potius significat, quam phlegmonem in locis supra septum transversum positis. Si autem magnus sit spiritus, isque multo tempore, delirium portendit. Frigidus autem e naribus et ore exspiratus admodum jam

Ed. Chart. IX. [164.]

ματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται. ὅπου φαίνεταί τριῶν μόνον δυσπνοιῶν μνημονεύειν, ἢ ἀρκεῖ τοσαύτας εἰδέναι συζυγίας ἐν ταῖς παρὰ φύσιν διαθέσεσιν. * * * * ὅτι γε πυκνοτέραν ἐργάζεται πάντως ἡ ὀξυθυμία τὴν ἀναπνοὴν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. παραληψόμεθα οὖν αὐτὴν ἐπὶ τῶν * * * λέλεκται δὲ περὶ τῆς τοῦ Ἀντιγένους, ὡς ἀσθματώδης ἐγένετο πρὸ τόκου. ἀσθμαίνουσι μὲν γὰρ οἱ πυκνὸν ἀναπνέοντες καὶ τὸν θώρακα μέχρι πολλοῦ διαστέλλουσι. τούτου δ' αἰτίαν εἰρήκαμεν ἤδη καὶ οὐ χρὴ * * * * * ἐν ταῖς Κωακαῖς * * * καὶ τὸ μέγα ἔξω πνεόμενον, σμικρὸν δὲ εἴσω καὶ τὸ σμικρὸν ἔξω, μέγα δὲ εἴσω. κάκιστον δὲ καὶ πλησίον θανάτου καὶ τὸ ἐκτεῖνον καὶ κατεπεῖγον δ' ἀμαυρὸν καὶ διπλῆ εἴσω ἀπανάκλησις, ὁποῖον ἐπεισπνέουσιν * * * * καὶ φησὶ, τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖ-

perniciosus est; ubi trium duntaxat respirationi generum meminisse videtur, aut satis est tot tantum nosse conjugationes in iis praeter naturam affectibus. * * * * Quod vero iracundia densiorem omnino efficiat respirationem ignorat nemo. Ipsam itaque relinquamus. * * * * * At de Antigenis uxore dictum, quod ante partum esset asthmatica. Asthmate namque laborant, qui dense respirant thoracemque multopere distendunt. Hujus rei caussam jam protulimus, neque pluribus opus est. * * * * In Coacis * * * * * Et magnus qui foras spirando effertur et parvus qui intro, et parvus qui foras, et magnus qui intro spirat. Pessimus autem et morti proximus tum extendens tum urgens propter obscuritatem et dupla intro revocatio qualis intro respirat. * * * Et dicit alius quidem extendens, alius vero urgens, ut enunciet alterius partis respiratio-

Ed. Chart. IX. [164.]
γον, ἵνα λέγει τὰς ἑτέρας μορίου τῆς ἀναπνοῆς διαφορὰς, τὰς κατὰ τὴν κίνησιν ἐν τῇ βραδύτητι καὶ ταχύτητι. ἐκεῖνον μὲν γὰρ τὸ βραδὺ, κατεπεῖγον δὲ τὸ ταχὺ, βραδύτης δὲ καὶ ταχύτης ἁπάσης κινήσεως ἀχώριστα. ὃ δὲ λέγει διπλῇ ἔσω ἐπανάκλησις, ἔστιν εἰσπνοῆς ἀνωμάλου δηλωτικόν. ἐπιζητῆσθαι δὲ ἡ αὐτὴ ἀντίθεσις δύναται καὶ ἐπὶ τῆς ἐκπνοῆς, ἣν ὁρῶμεν παραλελειμμένην πρὸς τῶν μεταγραφόντων * * * διπλῆν εἴσω γίγνεσθαι τοῦ πνεύματος ἐπανάκλησιν, ἀλλὰ καὶ προστίθησιν, οἷον ἐπεισπνέουσιν, ἵνα γνῶμεν καὶ περὶ τῆς ἐκπνοῆς ταῦτα λέγεσθαι. μέμνηται δὲ τοῦ τοιούτου πνεύματος ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων εἰπὼν, καὶ πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φωνῇ πυκνὸν ἢ μέγα λίην * * * *
* * * * * * *
θερμὸν, ψυχρόν. αὕτη ἀντίθεσις ἄλλη ἐστὶ τῆς δύσπνοίας. καθάπερ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν πνεῦμα καὶ πυκνὸν καὶ ἀραιὸν, οὕτω καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖται *
* * * * * * πολλοὺς μὲν καὶ μακροὺς λήρους καταγράφουσι, τὰ δὲ ἐπίκαιρα

nis differentias, quae secundum motum eduntur in tarditate et celeritate. Ille namque extendens tardus est, urgens autem celer. Tarditas et celeritas a nullo motu separari possunt. Quod vero dicat, dupla intro revocatio, inaequalem respirationem declarat. Perquiri autem eadem etiam contradictio potest, in exspiratione quam intuemur a scriba praetermissam. * * * *
οὐραὶ fcriptum fuiffe exiftimavit. Fieri namque hoc modo potuit ut membrana tenui deleta fimul et haec linea deleretur et ab initio protinus ipfam debilius obfcuriusque fcriptam temporis longinquitate prorfus evanuiffe. Inter omnes autem qui veteres fcripturas perverterunt Capitonem et Diofcoridem ad hoc faciendum audaciffimos invenio. Ego itaque confiderans num omnium iftorum an eorum tantummodo qui recte fcripturas commutarunt, an nullius prorfum, meminiffe aequius foret, mecum ita conftitui, fi nullus eorum, qui commentaria haec lecturi funt, ipforum longitudinem aegre laturus effet, omnium meminiffe rectius fore; fed multi quum fint, qui non hujusmodi folum commentaria, verum etiam moderatiora vituperent folumque utilibus ftudeant, mediam quandam inter utraque haec extrema explanationem facere. Atque id ftatim ab initio teftatus fum ut ab his commentariis recedant qui ipfis non delectantur. Ego etenim quemadmodum alia multa rogantibus amicis obtemperans confeci, ita et hafce explanationes illorum caufa facere ag-

καὶ τὰς ἐξηγήσεις ταύτας ἐκείνων ἕνεκα συνέθηκα. θεωρῶν δ' εἰς πολλοὺς ἐκπίπτοντα τὰ γραφόμενα προοιμίων τοιούτων ἐδεήθην. ὥσπερ οὖν τοῦτο προεῖπον, οὕτω καὶ τόδε προειπεῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς τὸ τῆς ἑρμηνείας εἶδος ἐν τῷ βιβλίῳ πάμπολυ διαλλάττει τοῦ κατὰ τὸ πρῶτον καὶ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἃ σχεδὸν ἅπαντες ἡγοῦνται γεγράφθαι πρὸς ἔκδοσιν ὑφ' Ἱπποκράτους μόνα. τῶν δ' ἄλλων πέντε τὸ μὲν πέμπτον τε καὶ ἕβδομον ἐναργῶς εἶναι νόθα, τὸ δ' ἕκτον τοῦτο καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸ δεύτερον, ἐξ ὧν αὐτὸς Ἱπποκράτης ἑαυτῷ παρεσκευάσατο, φασὶν ὑπὸ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος αὐτοῦ συντεθῆναι. καὶ τινὲς μὲν ἡγοῦνται καὶ αὐτόν τι παραγράψαι τὸν Θεσσαλὸν, τινὲς δὲ ἄλλους τῶν μετ' αὐτόν. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ καὶ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν καταστάσεις τέ τινας γράφει τοῦ περιέχοντος, [355] ἐφ' αἷς τὰ ἐπιδημήσαντα νοσήματα διηγοῦνται. ταύτῃ γὰρ ἐπ' αὐτῶν αὐτὸς φαίνεται τῇ λέξει χρώμενος καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῖς βιβλίοις τοῦτο ἐποιήσατο, τῶν ἐπι-

greſſus ſum. Ea vero quae a me ſcriberentur in vulgus exire conſiderans, his prooemiis opus habui. Quemadmodum igitur haec praefatus ſum, ita et iſtud praefari neceſſe eſt, locutionis videlicet genus hoc in libro longe ab eo eſſe diverſum, quo in primo et tertio de morbis popularibus libro Hippocrates uſus, quos fere omnes conſentiunt ſolos ab Hippocrate, ut emitterentur, fuiſſe conſcriptos, ex aliis autem quinque, quintum et ſeptimum procul dubio ſpurios eſſe ac ſubditītios. Sextum vero hunc quem in praeſentia habemus in manibus et ante ipſum, ſecundum librum, ex illis quae ſibi ipſe Hippocrates collegerat, Theſſalum ejus filium ajunt conſlaviſſe; quin et nonnulli ipſum Theſſalum aliquid ex propria ſententia adſcripſiſſe opinantur; nonnulli vero poſt ipſum, alios. In primo ſane atque tertio libro quasdam aëris conſtitutiones Hippocrates exponit, poſt quas morbi in vulgus graſſati enumerantur; hanc enim dictionem ἐπιδημή-

δημίων νοσημάτων διδασκαλίας αὐτοῖς γινομένης, οὐ τῶν αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐπιδημιῶν ἃς ἐποιεῖτο κατὰ τὰς πόλεις, ἐνταυθοῖ δὲ τοῦτο μὲν ὀλίγον ἐστίν. τὸ δὲ πλεῖστον εἶδος τῆς διδασκαλίας ἀφορισμοί τινες εἶναι φαίνονται κατὰ περιγραφὴν ἕκαστος ἰδίαν γεγονότες, ὥστε δι' ἀπορίαν οἰκείας ἐπιγραφῆς. καὶ ταῦτα τὰ δύο βιβλία συγχρήσασθαί φασι τῇ τῶν ἐπιδημιῶν, ὀλίγιστον ἔχοντα τὸ τῆς ἐπιγραφῆς οἰκεῖον. ἐοικὸς δὲ αὐτοῖς ὅσον ἐπὶ τῷ χαρακτῆρι τῆς λέξεως τὸ τέταρτον, ἀπολείπεται πάμπολυ τῷ χρησίμῳ τῆς θεωρίας. ὅσοι δὲ Θεσσάλου καταστάσεις ἐπέγραψαν τὸ προκείμενον βιβλίον τοῦτο, προδήλως ἥμαρτον. ἀρκεῖ γάρ μοι ταῦτα προειρῆσθαι, γεγραμμένων ἐνίοις τῶν ἐξηγητῶν καὶ ἄλλων οὐκ ὀλίγων, ἃ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι μηκύνειν ἀκόλουθον ἦν παραλιπεῖν.

σαντα illis attribuere Hippocrates conſpicitur et hanc ob cauſam librorum inſcriptionem talem fecit, populares ipſos appellans, Graece ἐπιδημίους, quia de morbis in populum paſſim ſaevientibus in ipſis agitur; non ἐπιδημιῶν, hoc eſt de ipſius Hippocratis peregrinationibus quibus multas civitates peragravit. In duobus autem his libris haec eſt exigua portio, ſed plurima doctrinae portio aphoriſmi quidam eſſe videntur, ſinguli propria circumſpectione ſeparati. Quare duo hi libri cum propria inſcriptione carerent, aliorum communem ſuſcepiſſe dicuntur, ut et ipſi videlicet populares vocarentur, quum minimum in iis contineretur, quod ipſi inſcriptioni conſentiret. Quartus autem liber iſtis locutionis forma perſimilis, contemplationis utilitate longe ſuperatur. Quicunque vero librum hunc ſextum Theſſali conſtitutiones appellaverunt, manifeſte falluntur. Haec mihi praedixiſſe ſatis ſit, quum et alia non pauca a quibusdam explanatoribus ſcripta fuerint, quae, ne longior eſſem, congruens fuit praetermittere.

α΄.

Ὁκόσῃσιν ἐξ ἀποφθορῆς.

Ἅπαξ εἰπεῖν τινὰ κοινὸν λόγον ἐπὶ κοινῷ πράγματι διέγνωκα. τῶν δὲ ἀναγνωσομένων ἑκάστῳ κατὰ τὴν οἰκείαν διάλεκτον, ὅπως ἂν ἑαυτὸν πείσει γράφειν ἐξέστω. τινὲς μὲν γὰρ ὅσῃσι διὰ τριῶν συλλαβῶν, ἔνιοι δ᾽ ὁκόσῃσι διὰ τεσσάρων ἔγραψαν. ἔνιοι δ᾽ οὐ διὰ τοῦ κ γράφουσιν ὁκόσῃσιν, ἀλλὰ διὰ τοῦ π τὴν δευτέραν συλλαβὴν, καθάπερ ὁ Καπίτων οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. διαφέρει δ᾽ οὐδὲν ὡς πρὸς τὰ τῆς τέχνης ἔργα γράφειν οὕτως ἢ ἐκείνως, ὥστ᾽ ἄμεινον ἔδοξέ μοι μόνας ἐκείνας τῶν γραφῶν προχειρίζεσθαι κατὰ τὸν λόγον, ὅσαι τὸ δηλούμενον ὑπαλλάττουσι, τὰς δὲ ἐν αὐτῇ μόνῃ τῇ λέξει διαφερομένας ἄνευ τοῦ καὶ τὰ πράγματα μετακινεῖν ἐπιτρέπειν ὡς ἂν ἐθέλῃ γράφειν καὶ λέγειν ἑκάστῳ. αὖθις οὖν ἀφ᾽ ἑτέρας

I.

Quibuscunque ex abortu.

Communem aliquem fermonem de re communi femel tamen facere conftitui; cuivis autem lecturo fuam propriam linguam ut libuerit fcribere liceat. Nonnulli quidem *ὅσῃσι* primam dictionem ex tribus fyllabis conftantem fcripferunt, aliqui vero *ὁκόσῃσι* ex quatuor, quidam non per *κ* fcribunt *ὁκόσῃσιν*, fed per *π* fecundam fyllabam, quemadmodum Capito non in hoc modo, verum etiam in omnibus aliis hujusmodi nominibus fecit. Nihil autem artis operum hoc an illo modo fcripferis intereft. Quocirca melius effe mihi perfuafi, fi eas folum fcripturas in meis commentariis attulero, quae fententiae fignificationem permutant; quae vero folis verbis, fententia minime violata, diffentiunt, eas cujusque arbitrio fcribendas ac proferendas permifero. Rurfum igitur ab altero initio fupra

ἀρχῆς ἀναλαβὼν τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν αὐτῆς τρέψομαι.

β'.

[356] *Ὁκόσῃσι ἐξ ἀποφθορῆς περὶ ὑστέρην καὶ οἰδημάτων ἐς καρηβαρίην τρέπεται καὶ κατὰ τὸ βρέγμα αἱ ὀδύναι καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων, ταύτῃσιν ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶ εἰς ἰσχίον τελευτᾷ.*

Ὃ καλοῦσιν ἄμβλωσιν οἱ Ἀττικοὶ, τοῦτο συνήθως Ἱπποκράτης ἀποφθορὰν ὀνομάζει καὶ τὰ ῥήματα δὲ τὰ περικείμενα τῇ προσηγορίᾳ τῇδε καὶ τὰς ὑπὸ τῶν γραμματικῶν ὀνομαζομένας μετοχὰς ἀνάλογον αὐτῇ γράφει. τὸ δ' ἀμβλώσκειν, ἴσως γάρ τις ἀγνοεῖ καὶ τοῦτ' αὐτὸ, κατὰ τῆς ἀτελοῦς τῶν ἐμβρύων ἐκπτώσεως ἐπιφέρουσιν, ὅπως ἂν ᾖ γεγοννῖα, καὶ τὰ φάρμακα δὲ τὰ τοῦτο ἐργαζόμενα καλοῦσιν ἀμβλωτικά. τὸ μὲν οὖν σημαινόμενον ὑπὸ τῆς λέξεως ἅπαξ

positam dictionem repetens ad ipsius explanationem me convertam.

II.

Quibuscunque ex abortu et uteri tumoribus ad capitis gravitatem convertuntur affectus, iis ad sinciput maxime dolores fiunt et quicunque caeteri ab uteris oriuntur, iis octo aut decem mensibus in ischium desinunt.

Quod Attici *ἄμβλωσιν*, id est abortum vocant, id Hippocrates *ἀποφθορὰν*, hoc est deperditionem appellare consuevit et verba vero huic appellationi congruentia et a grammaticis vocata participia ipsi proportione quadrantia scribit; *ἀμβλώσκειν* autem, hoc est abortiri, fortassis enim quispiam et id ipsum ignorat, de imperfecta foetuum emissione, utcunque facta fuerit, pronunciant: medicamenta quoque id praestantia amblotica, id est abortivum

εἰρῆσθαι νῦν ἀρκέσει. τῶν δὲ χρησίμων ἀρκτέον ἤδη τοσοῦτον ἐπισημηναμένους, ὡς ταύτην τὴν ῥῆσιν (443) οἱ παλαιοὶ τῶν ἐξηγητῶν ἐν τῇδε τῇ λέξει γράφουσιν. ὁκόσῃσιν ἀπὸ φθορῆς περὶ ὑστέρας καὶ οἰδημάτων εἰς καρηβαρίας τρέπεται, φθορὰν, οὐκ ἀποφθορὰν βουλόμενοι δηλονότι τὴν ἄμβλωσιν ὀνομάζειν. οἱ δὲ προστιθέντες τὴν ἐξ πρόθεσιν, ἀποφθορὰν δηλονότι αὐτὴν ἐβουλήθησαν καλεῖσθαι. καὶ φαίνεται μὲν οὖν οὕτω πολλάκις ὀνομάζειν Ἱπποκράτης. εἰ μέντοι καὶ νῦν ἄδηλον· ὥσπερ δ᾽ ἐν τούτῳ, κἂν διαφερόντως γράφωσι, τὴν αὐτὴν τοῦ λόγου φυλάττουσι διάνοιαν, οὕτω κἂν τῷ περὶ ὑστέρας πληθυντικῶς ἢ ὑστέρην ἑνικῶς ἢ καρηβαρίην ἢ καρηβαρίας πληθυντικῶς, οὐχ ὑπαλλάττουσι τὴν τοῦ λόγου διάνοιαν. ὅθεν ἐγὼ Γαληνὸς παρῃτησάμην καὶ τοιαύτας ἐν τῇ λέξει διαφωνίας κρίνειν, ὅσαι τῶν δηλουμένων πραγμάτων οὐδὲν ὑπαλλάττουσι. τὸ γοῦν λεγόμενον ὑφ᾽ Ἱπποκράτους τοιοῦτόν ἐστιν. αἷς ἂν γυναιξὶν ἐπὶ

facientia nuncupant. Significatum quidem dictionis ſemel nunc dixiſſe abunde ſit; mox utiliora incipiemus. Illud tantum prius admonebimus veteres explanatores dictionem illam in hac parte ita ſcripſiſſe, quibuscunque a perditione circa uteros et tumoribus in capitis gravitates convertitur, perditionem, non deperditionem, volentes ipſum abortum nominare. Alii vero *de* praepoſitionem adjungentes, deperditionem ſcilicet ipſam appellare voluerunt, atque ita ſaepius Hippocrates appellaviſſe deprehenditur; num vero et hoc loco ita fecerit, obſcurum eſt. Quemadmodum autem in hac dictione etſi variis modis ſcribant, eadem tamen orationis ſententia retinetur, ita ſi quis uteros plurali numero aut uterum ſingulari et capitis gravitatem aut gravitates dixerit, orationis minime ſententiam variat. Qua de cauſa et ego Galenus has in locutione diſſenſiones quia rerum ſignificatarum nullam permutant, recenſendas examinandasque nequaquam judicavi. Quod igitur ab Hippocrate dicitur, hoc eſt: Qui-

διαφθορᾷ τῶν ἐμβρύων, οἰδήματα ἐχούσαις, ἐν τῇ μήτρᾳ κατὰ συμπάθειαν ἀκολουθήσῃ καρηβαρία, ταύταις κατὰ τὸ βρέγμα γίνεσθαι τὴν ὀδύνην. ὡσαύτως δὲ καὶ ἄλλας καρηβαρίας, ὅσαι διὰ τὰ τῆς μήτρας πάθη γίνονται, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐρειδούσας ἔχειν τὰς ὀδύνας εἰς τὸ βρέγμα. πρῶτον μὲν οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπισκέψασθαι τί ποτε σημαίνει τὸ τοῦ οἰδήματος ὄνομα. φαίνεται γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἀεὶ, καθότι δέδεικται πολλάκις, ἅπαντας τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους οὕτως ὀνομάζειν, ἐάν τε ἀνώδυνοι καὶ σκληροὶ τυγχάνωσιν ὄντες, οὓς ὀνομάζουσιν ἰδίως σκίῤῥους, ἐάν τε ὀδύνην ἔχωσιν, οὓς ὀνομάζουσιν ἰδίως φλεγμονὰς, [357] ἐάν τε ἀνώδυνοί εἰσι καὶ χαῦνοι, καλοῦσι δὲ μόνους τούτους οἰδήματα, νυνὶ μέντοι φαίνεται τοιούτων οἰδημάτων μνημονεύειν, ὅσα τε χρονίσαι δύναται καὶ καρηβαρίαν ἐργάσασθαι, τουτέστι τῆς κεφαλῆς. ὅτι μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς διαφθοραῖς τῶν ἐμβρύων εἴωθε γίνεσθαι τοῦτο, τὸ φαινόμενον αὐτὸ μαρτυρεῖ. τίς δ᾽ ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ μᾶλλον τῶν ἄλλων τῆς κεφαλῆς μερῶν ὀδυνᾶσθαι τὸ βρέγμα πειρα-

bus mulieribus ex foetuum abortu oedemata, id eſt tumores in utero paſſis per conſenſum gravitas capitis acciderit, his in ſincipite dolorem excitari, nec non et alias capitis gravitates, quaecunque ex uteri affectibus oriuntur, eadem ratione ſincipiti adhaerentes dolores concitare. Primum igitur quid oedematis nomen ſignificet, conſiderare opus eſt. Videtur enim ſemper Hippocrates, ut plerumque oſtenſum eſt, omnes praeter naturam tumores hoc vocabulo nominare, ſive dolore careant durique ſint, quos proprie ſcirrhos Graeci appellant, ſive dolorem inferant, quos phlegmonas, id eſt inflammationes, proprie vocant, ſive absque dolore laxi atque molles ſint, hos vero ſolos oedemata Graeci appellant. In praeſentia ſane videtur eorum tumorum meminiſſe, qui diutius permanere et capiti gravitatem inferre valent. Quod in abortibus quidem id evenire ſoleat, res ipſa ſenſibus apparens teſtatur, verum quid ſit in cauſa, quare inter alias capitis partes ſinciput magis dolore afficiatur, quidam hujus

σθέντες εὑρεῖν ἔνιοι τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον ἀλλήλοι διηνέχθησαν, ἔνιοι μὲν τὸ κατ' ἴξιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κατ' εὐθυωρίαν, αἰτιασάμενοι· τοῖς μὲν γὰρ κατ' ὀσφύν τε κα ὅλως τὴν ῥάχιν ἐν πάθει τινὶ γενομένοις μορίοις ἐπὶ τὸ ὀπίσθιον ἐγκέφαλον ἀνήκειν φασὶ τὴν εὐθυωρίαν· τινὲς δ καὶ τῆς μήτρας αὐτῆς τοῖς μὲν τὰ ὄπισθεν πάσχουσι τ κατὰ τὸ ἰνίον φασὶ συμπάσχειν, τοῖς δὲ τὰ πρόσω τ κατὰ τὸ βρέγμα· τινὲς δὲ ἀποχωρήσαντες ἀπὸ τοῦ κατ' εὐθυωρίαν, ὃ δὴ καὶ κατ' ἴξιν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει, συμπάσχειν φασὶ τῇ μήτρᾳ τὸν ἐγκέφαλον, ὡς ἂν νευρώδει μοςρίῳ νεύρων ἀρχὴν ὄντα αὐτὸν καὶ διὰ τοῦτο γίνεσθαι τα καρηβαρίας, ἅτε δὴ πλείστου κατὰ τὸ βρέγμα κειμένο τοῦ ἐγκεφάλου, κατὰ τοῦτο διασημαίνειν μάλιστα τὴν ὀδυνην. ἔνιοι δὲ ἀσθενέστατον εἶναι τοῦτο τὸ μέρος τῆς κεφαλῆς εἰπόντες εἰκότως φασὶ μειζόνως τῶν ἄλλων αὐτὸ πάσχει ὅσοι μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν μέσων τοῦ ἐγκεφάλου τῶν κατὰ βρέγμα ἐπὶ τὰς μήτρας νεῦρα πεφυκέναι λέγουσι, τούτο οὐδὲ μεμνῆσθαι καλὸν, ὥσπερ ἴσως οὐδὲ τῶν φασκόντο

libri explanatores indagare conati inter fe diffentiun Alii enim fitum e regione, quem Graeci κατ' ἴξιν vocan caufantur: lumborum namque et plane dorfi partibu affectu aliquo divexatis, in pofterius cerebrum fitus rect tudinem pertinere affirmant: nonnulli et ipfius uteri po fterioribus partibus affectis occiput, prioribus fincipi affectum participare teftantur. Verum alii fitus rectitu dinem, quam et κατ' ἴξιν Hippocrates nominat, dimitten tes, cerebrum in confenfum uteri affectuum duci conten dunt, utpote quae nervofa particula fit, cerebrum ve nervis originem praebeat, atque idcirco capitis gravitat oriri; fed quum plurima cerebri pars in fincipite locetu propterea eo maxime loco dolorem fentiri. Alii parte hanc capitis infirmiffimam effe dicentes, ideo et mag quam alias obnoxiam effe vitiis affirmant. Caeterum qu ex mediis cerebri partibus in fincipite pofitis in uter nervos defcendere ajunt, neque ut ipforum mentio fia

διότι νευρώδης ἡ μήτρα, διὰ τοῦτο αὐτῇ συμπάσχει τῶν νεύρων ἡ ἀρχή. πῶς γὰρ οὐκ ἂν ἐγγὺς μᾶλλον ὂν τὸ περιτόναιον καὶ τὰ ἔντερα καὶ ἡ γαστὴρ καὶ τὸ διάφραγμα συνεπάθησεν αὐτῇ, νευρώδη γε ὄντα καὶ αὐτά. τούτων δὲ ἔτι χείρους οἱ λέγοντες τοῖς ὄρχεσι τὸν ἐγκέφαλον συμπάσχειν, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσιν οὐσίαν ἐγκεφάλῳ καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῇ μήτρᾳ, καὶ γὰρ καὶ ταύτην ὄρχεις ἔχειν. ἐὰν δὲ καὶ τῶν ἔτι φαυλοτέρων ἢ κατὰ τούτους μνημονεύω, τάχ᾽ ἄν τις ἐγκαλέσει μοι καὶ φήσει μηδ᾽ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔγραψα μεμνῆσθαί με. κάλλιον οὖν ἦν παρῃτημένον τὰς φλυαρίας αὐτῶν ἅπαξ μηδ᾽ ὅλως ἔτι μνημονεύειν ὧν εἰρήκασι. τῶν δὲ λεγόντων νευρώδη τὴν μήτραν εἶναι κατὰ μέν τι σημαινόμενον ἀληθῆ τὸν λόγον ἡγητέον εἶναι, καθ᾽ ἕτερον δὲ ψευδῆ. τρία γάρ ἐστι γένη σωμάτων ὁμοιομερῶν ἐν τοῖς ζώοις ἄναιμά τε καὶ ἀκοίλια φαινόμενα, τὰ μὲν ἐξ ὀστῶν, τὰ δ᾽ ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νω-

digni ſunt; ſicut neque etiam illi fortaſſe, qui aſſerunt quia nervoſus uterus eſt, ideo ipſo patiente ſimul et nervorum principium affici; cur namque peritonaeum utero vicinius, inteſtina, ventriculus, ſeptum transverſum, quod et ipſa nervoſa ſunt, non in affectuum uteri participationem trahuntur? Quam iſti adhuc illi magis damnandi ſunt qui una cum teſtibus cerebrum affici tradunt, quoniam et ipſi ex eadem materia, ex qua cerebrum, creati ſunt; atque ideo nihil mirum, ſi ut uteri affectus cerebrum ſentiat, quandoquidem et utero teſtes inhaereſcant. Quodſi adhuc rudiores iſtis recenſuero, forſitan me quispiam increpuerit et eorum qua ſupra poſui immemorem appellaverit. Satius igitur fuerit ipſorum nugis ſemel poſthabitis nequaquam amplius eorum quae dixerint meminiſſe. At eorum ſermo qui nervoſum eſſe uterum praedicant, ſecundum aliquam ſignificationem verus, ſecundum aliquam falſus eſſe putandus eſt. Tria enim ſimilarium corporum in animalibus genera ſunt, quae et exanguia et ſinu carentia videntur; horum aliqua ex oſſibus,

τιαίου, τὰ δὲ ἐκ μυῶν φυόμενα. ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ μὲν Ἱπποκράτους τοὐπίπαν τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν εἰρημένον σύνδεσμος, τὸ δὲ δεύτερον νεῦρόν τε καὶ τόνος, τὸ δὲ τρίτον τένων. ἔνιοι δὲ νεῦρα πάντα καλέσαντες δι' ἣν εἶπον ὁμοιότητα τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν γένος συνδετικὸν εἶναί φασι, τὸ δὲ δεύτερον αἰσθητικόν τε καὶ προαιρετικὸν, τὸ δὲ τρίτον ἀπονεύρωσιν ὀνομάζουσιν. ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἑνὸς τῶν τριῶν τούτων γενῶν ἡ μήτρα μετέχει νεύρων πολλῶν. ἐπεὶ δ' ἔκτασίν τε καὶ συστολὴν ἄχρι πλείστου τὸ σῶμα αὐτῆς φαίνεται ποιούμενον, ὃ μήτε τοῖς σαρκώδεσι μήτε τοῖς πιμελώδεσι μορίοις ὑπάρχει, κατὰ τοσοῦτον νευρώδη προσαγορευόμενον αὐτὴν ἀπό τινος ὁμοιότητος, [358] κἀνταῦθα παράγωγον ὄνομα τῶν νεύρων ποιησάμενοι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὴν κύστιν οὕτω προσαγορεύειν εἰώθασι καὶ τἄλλα πάντα τὰ λευκὰ καὶ ἄναιμα κατὰ τὴν οὐσίαν, ὅταν ἐκτείνεσθαί τε μέχρι πλείστου καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὰ συνιζάνειν φαίνηται. κατὰ τοῦτο γοῦν αὐτὸ καὶ τὴν τοῦ καλουμένου καυλοῦ φύ-

aliqua ex cerebro et dorfi medulla, aliqua ex mufculis prodeunt. Horum primum genus ab Hippocrate quidem omnino copula nominatur, fecundum nervus et tonus, tertium vero tendo. Sed certi quidem homines omnia haec nervos appellantes, ob eam quam dixi fimilitudinem, primum ipforum genus colligatorium effe ajunt, fecundum autem fentiens atque electorium, tertium aponeurofin, hoc eft nerveam propaginem cognominant. Ex nullo iftorum trium generum uterus nervos multos fufcipit. Sed quoniam ipfius corpus latiffime diftendi contraque in breviffimum fpatium contrahi cernitur, quod a nullo carnofo membro aut pingui praeftatur, hac ratione uterum nervofum effe ex quadam fimilitudine dicimus, derivatum a nervis nomen ei quoque imponentes, quemadmodum fane et veficam et reliqua omnia alba et exangui materia, ita nuncupare foliti funt, quando plurimum extendi rurfumque in fe ipfa retrahi et fubfidere videntur. Hac eadem itaque ratione et vocatum colem in ma-

σιν ἐν τοῖς τῶν ἀῤῥένων αἰδοίοις νευρώδη φασὶν εἶναι καὶ τῆς μήτρας τὸν τράχηλον. εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ σηραγγῶδές τε νεῦρον ὀνομάζουσι τὸν καυλὸν τοῦ αἰδοίου καὶ δι᾽ ἐκεῖνον καὶ ὅλον αὐτὸ νευρῶδες καλοῦσι. κἄπειτα ἐπιλαβόμενοι τῆς ὁμοιότητος οὐ κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ὄντως νεύρων, ἀλλὰ κατὰ τὴν σωματικὴν οὐσίαν αὐτῆς οὔσης ζητοῦσι διὰ τί συμπαθείας οὐ φέρει μεγάλας ταῖς τῶν νεύρων ἀρχαῖς ὁ καυλός. ἀρχὰς δὲ δηλονότι νεύρων ἐγκέφαλόν τε καὶ νωτιαῖον λέγω, καὶ κατὰ τὴν μήτραν τοίνυν ἐμφύεται μέν τινα νεῦρα πάντως, ἢ οὐκ ἂν ᾐσθάνετο. μικρὰ δ᾽ ἐστὶ πάνυ ταῦτα παραβαλλόμενα τῷ μεγέθει τοῦ μορίου καὶ διὰ τοῦτο ζητήσεως οὐ μικρᾶς ἐστιν ἄξιον, ἐάν τις θέλῃ φυσιολογεῖν τὰ τοιαῦτα τί δή ποτε ἔνιαι τῶν ὑστερικῶν ὀνομαζομένων γυναικῶν συνολκαῖς καὶ τάσεσι σπασμῷ παραπλησίαις ἁλίσκονται. ἀλλ᾽ ἐπί τε φλεγμαινούσης μήτρας οὐ πάνυ τι φαίνεται τοῦτο γινόμενον. ὥσπερ οἱ πυρετοὶ πάνυ σφοδροὶ καὶ θερμοὶ, δι᾽ οὓς ἡ γλῶσσα γίνεται λιγνυώδης,

rium genitalibus et uteri cervicem nervofos effe confirmant; nonnulli vero et carnofum nervum penis colem appellant, ab eoque penem et ipfum totum nervofum dicunt. In hunc itaque modum non fecundum proprie nervorum potentiam, verum fecundum corpoream fubftantiam fimilitudinem accipientes, deinde quaerunt, quid eft, quare collis affectus nervorum principia non fimul vehementer afficit, principia nervorum autem cerebrum dorfique medullam appello. Atqui in uterum nervi quidem plane inferuntur: alioqui enim quo modo fentiret? fed admodum pufilli funt ifti, fi cum membri magnitudine comparentur. Quamobrem non levi confideratione dignum eft, fi quis ifta phyfice speculari voluerit, curnam aliquae ex iftis mulieribus quas ob frequentes uteri affectus uterarias vocant, contractionibus ac diftentionibus nervorum convulfioni fimilibus corripiantur, quum tamen in uteri phlegmone haud ita multum id accidere cernatur, licet febres valde vehementes et calidae concitentur, ob

ὡς αὐτὸς ἑξῆς ἐρεῖ κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον. ἐχρῆν οὖν καὶ ταῦτα ζητῆσαι πρῶτον, ὅσοι περὶ συμπαθείας τι τῆς κεφαλῆς ἣν πρὸς τὴν μήτραν ἴσχει λέγειν ἐπιχειροῦσιν· ὅτι μὲν γὰρ θερμοὺς καὶ σφοδροὺς ἐπιφέρει πυρετοὺς οἱ τοῖς ἔργοις ὁμιλήσαντες ἴσασιν, οὐχ ὡς οἵ γ᾽ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σοφιστεύσαντες, ὑφ᾽ ὧν ἐπληρώθη μάλιστα μακρῶν καὶ ψευδῶν λόγων τὰ βιβλία, τοῖς ἐξ ἀγέλης ἥκουσι τοὐπίπαν ὁμιλοῦσι μειρακίοις, μήθ᾽ ἑορακόσιν ἀῤῥώστους μήτ᾽ αὐτοὶ τετριμμένοι περὶ τοῦτο. πάνυ γὰρ ἠμέληται τοῖς ἐκεῖ πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ κατὰ δίαιταν. ὅσοι τοίνυν ἑοράκασιν ἐπὶ μήτρᾳ φλεγμαινούσῃ νοσούσας γυναῖκας, ἴσασιν ὅπως θερμοὶ καὶ σφοδροὶ πυρετοὶ καταλαμβάνοντες ὅλον τὸ σῶμα διακαίονται τὴν κεφαλὴν ὁμοίως τοῖς καὶ χωρὶς τοῦ παθεῖν τι τὴν μήτραν τοιούτοις γινομένοις. ἀλλὰ κἂν μὴ πυρέττον ἐπιδήλως, αἷς ἐπέσχηται τὰ καταμήνια, κίνδυνός ἐστιν ἐν (444) τάχει πυρέξαι, καὶ ταύταις ἡ κεφαλὴ βαρεῖα καὶ πλήρης ἀτμῶν τε καὶ θερμῶν χυμῶν γίνεται καὶ διὰ τοῦτο

quas lingua, ut ipfe deinceps hoc in libro narrabit, veluti a fuligine denigrefcat. Oportebat igitur eos haec prius explorare, quicunque de capitis uterique in affectibus focietate dicere aliquid aggrediuntur. Calidas vehementesque febres ab utero provenire neminem in artis operibus verfatum praeterit. Nam in Alexandria fophifticam artem edocentes, a quibus potiffimum libri longis falfisque fermonibus referti funt, inter adolefcentulos a gregibus et armentis venientes et ad aegrotos nunquam accedentes, ipfi quoque hac in re minime exercitati plerumque verfantur; ab omnibus enim iftic hominibus victus ratio valde neglecta eft. Quisquis igitur ex uteri phlegmone laborantes mulieres confpexit, quomodo calidae magnaeque febres omne corpus occupantes caput haud aliter exurant atque illae, quae fine uteri vitio fimiles oriuntur, apprime novit. Caeterum etfi nec adhuc evidenter illi febricitent, quibus menftrua purgamenta fuppreffa funt, periculum tamen impendet ne cito in febrem incidant, iftarumque

αὐτῶν ἔνιαι κωματώδεις εἰσὶν, εἴτε πυρέξουσιν εἴτε μή. ταῦτα μὲν οὕτω φαίνεται γινόμενα. τίς δ' ἐστὶν αἰτία δι' ἣν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι τῆς ὑστέρας ἡ κεφαλὴ πληροῦται μετὰ ταῦτα ἐχρῆν ζητεῖν, εὐχόμενον μὲν εὑρεῖν, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τό γε φαινόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίας φυλάττοντά τε καὶ μεμνημένον. ἐπιχειρήσομεν οὖν ἡμεῖς εἰπεῖν τινὰς περὶ τῶν οὕτως φαινομένων αἰτίας, ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι. τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἁπάντων μορίων πλείστας τε καὶ μεγίστας φλέβας ἔχουσιν αἱ μῆτραι, καὶ ὅταν γε κακοπραγῶσιν ἐξ ἐπισχέσεως καταμηνίων ἢ λοχείων ἢ διά τινα φλεγμονὴν ὁπωσοῦν γινομένην, ἀναγκαῖον αὐτὰς αἵματος ἐμπίπλασθαι, κἂν ἐπ' αὐτῷ σηπομένῳ πυρετὸς ἀνάπτηται, ἀπὸ τῆς [359] ἰδέας τῶν συνόχων ἀναγκαῖον αὐτὸν γενέσθαι. δέδεικται γὰρ ἐφ' αἵματι σηπομένῳ τοὺς τοιούτους ἀνάπτεσθαι πυρετοὺς, ἀτμῶν θερμῶν πλῆθος οὐκ ὀλίγον ἀναπέμποντας ἐπὶ τὴν κεφαλήν. ὅτι δὲ ὑφ' ἧς

caput grave redditur et halitibus calidisque humoribus repletur, quocirca et ipfarum nonnullae febrem habeant poftea aut non habeant, fopore opprimuntur. Haec fane ita fieri fenfu percipitur. Quae caufa vero fit, propter quam ab hujusmodi uteri affectibus caput repletur, poftea quaerere oportuit notis quidem invenire expetentem, fin minus, at illud faltem quod experientia oftendit, obfervantem memoriterque tenentem. Igitur nos aliquas id genus affectuum fenfibus apparentium caufas affignare conabimur, atque hinc initium capere decrevimus. Inter omnes corporis partes plurimas maximasque venas uteri habent. Quumque eos aut menfes aut a partu purgamenta fuppreffa aut phlegmone aliqua utcunque orta male accipiunt, ipfos fanguine compleri neceffe eft. Quo dein putrefcente, fi febris excitetur, inter fynochorum fpecies ipfam connumerari opus eft, nam id genus febrium ex putrefcente fanguine accendi oftenfum eft: hae vero calentium vaporum vim haud parvam in caput fubmittunt.

ἂν αἰτίας ἡ κεφαλὴ πληρωθῇ τοιούτων ἀτμῶν, αἱ καρηβαρίαι μάλιστα κατὰ τὸ βρέγμα φαίνονται, λυποῦσαι τὸν ἄνθρωπον, οἷς τῶν ἔργων τῆς τέχνης φροντὶς ἐγένετο, φθάνουσι γινώσκοντες πρὶν παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι. ἀλλὰ τίς ἡ αἰτία τοῦ συμβαίνοντος ἴσως ἀκοῦσαι ποθήσεις· ἐρῶ τοίνυν γέ σοι τήν γέ μοι δοκοῦσαν εἶναι πιθανωτάτην καὶ ταύτην οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους. πρῶτον μὲν γὰρ, ὅτι τοὺς εἰρημένους θερμοὺς ἀτμοὺς εὔλογόν ἐστι διὰ τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρεσθαι καὶ ταύτας ἐστὶν ἰδεῖν κατ' εὐθὺ τοῦ βρέγματος ἀνερχομένας ἐκ τοῦ τραχήλου τῆς καλουμένης χοάνης ἑκατέρωθεν. ἔπειτα δ' ὅτι καὶ διαπνεῖσθαι καθ' ὅλον τὸν τῆς ὑγείας χρόνον εἴθισται τὰ λεπτὰ καὶ ἀτμώδη τῶν τοῦ ἐγκεφάλου περιττωμάτων κατὰ τὸ βρέγμα μάλιστα· καὶ γὰρ κατὰ τοῦτο ἀραιόταταί εἰσιν αἱ ῥαφαὶ καὶ τὸ κράνιον αὐτὸ λεπτότατόν τε καὶ σηραγγωδέστατον ἔτι τε πρὸς τούτοις αἰσθητικὰ σώματα κατὰ τὰς ῥαφάς ἐστι πλείω· καὶ γὰρ ὑμένες τινὲς συνάπτουσι τὴν παχεῖαν μήνιγγα τῷ περικρανίῳ καὶ πλῆθος ἀγγείων λεπτῶν

Verum capite quavis de caufa horum vaporum pleno, gravitates maxime in fyncipite hominem vexantes apparere illi quibus artis opera curae funt, priusquam a me audiverint, notum habuerunt. At quae hujus eventi caufa fit forfan fcire aves; tibi igitur eam quae mihi verifimillima vifa fuerit, exponam, neque hanc unicam, fed plures. Primum quidem vapores illos calidos proxime dictos per arterias in caput fubvolare ratio oftendit: ipfas quoque arterias per collum ab utraque vocati infundibuli parte recta in fynciput difcurrentes videre licet. Praeterea et omni fanitatis tempore tenuia et halituofa cerebri excrementa maxime per fynciput difflari folere affirmamus; fi quidem in ipfo futurae laxiffimae funt et ipfa calvaria fubtiliffima plurimisque meatibus pervia, ad haec et multa fentientia corpora juxta futuras funt: membranulae enim quaedam craffum cerebri involucrum pericranio vocatae tunicae connectunt et multitudo tenuium co

διεξέρχεται. τῶν δ᾽ ἴσων κατὰ τὸ μέγεθος παθημάτων μᾶλλον αἰσθάνονται τὰ αἰσθητικώτερα φύσει, τὰ δὲ μᾶλλον αἰσθανόμενα μᾶλλον ὑπὸ τῶν ὀδυνηρῶν αἰτίων ἀνιᾶται. διὰ ταῦτα μὲν δὴ κατὰ τὸ βρέγμα εἰσὶν αἱ ὀδύναι. καταλείπεται δὴ τὴν αἰτίαν εὑρεῖν, δι᾽ ἣν ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶν ἐς ἰσχίον τελευτᾷ, τουτέστι κατασκήπτει τὸ νόσημα ταῖς οὕτως ἐχούσαις. ἐπεὶ δὲ ἀξιοῦσιν ἔνιοι οὐκ ἐν ὀκτὼ καὶ δέκα μησὶν, ἀλλ᾽ ἐν ὀγδόῳ ἢ δεκάτῳ, καὶ φασὶν ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρίσκεσθαι καὶ μάλιστα τῶν παλαιοτάτων τὸ στοιχεῖον τὸ η᾽ καὶ πάλιν τὸ ι᾽ στοιχεῖον, η᾽ μὲν ἀντὶ τῶν ὀκτὼ γεγραμμένον, ι᾽ δὲ ἀντὶ τῶν δέκα, προσεπισκέψωμεν καὶ τὴν ἐν τούτοις διαφοράν. ἐὰν μὲν γὰρ ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶ λέγωμεν ἐς ἰσχίον τελευτᾷν, ἀπὸ τῆς ἀμβλώσεως, οὐκ ἀπὸ τῆς συλλήψεως ἀριθμήσομεν· ἐὰν δὲ ἐν ὀγδόῳ ἢ δεκάτῳ μηνὶ, τὸν ἀπὸ τῆς συλλήψεως οὕτω χρόνον δηλοῦσθαι φήσομεν. ἐμοὶ δ᾽ οὐκ ἀδύνατον τοῦτο φαίνεται καθ᾽ ἑκατέραν τῶν λέξεων ἑκατέρως ἀκούειν καὶ χρὴ τοῦ λεγομένου τὴν κρίσιν ἐπὶ τῇ πείρᾳ τίθεσθαι,

ceptaculorum per futuras exfiliunt; aequos autem magnitudine affectus magis cenforia naturaliter corpora percipiunt, magis vero fentientia ab inferentibus dolorem caufis magis cruciantur. His fane de caufis in fincipite dolores fiunt, modo illa invenienda caufa fupereft, propter quam octo aut decem menfibus mulieribus ita male habitis in coxendice finit, hoc eft irruit morbus. Verum quoniam nonnulli non octo aut decem menfibus, fed octavo aut decimo fcribendum cenfent, dicuntque in multis et potiffimum vetuftiffimis codicibus hoc Graecum elementum et hoc *η* reperiri, *ι* quidem loco hujus dictionis, *ι* loco decem fcriptum effe, ulterius quae et in iftis fit differentia perpendamus. Si enim ita legamus, octo aut decem menfibus in coxendicem finire, ab abortu, non a conceptu menfes numerabimus; fi vero octavo menfe aut decimo, fic a conceptu tempus fignificari affirmabimus. Mihi fane id fieri poffe videtur, ut fuam utramque lectionem utroque modo fententia accipiatur; at hujus quod dicitur

καθάπερ ἐγὼ διὰ παντὸς ἐπὶ πάντων τε τῶν τοιούτων ἐποίησα καὶ τοῦδε τοῦ νῦν εἰρημένου. καί μοι παραφυλάττοντί ποτε ἐν μ' ἡμέραις, ἐνίοτε δ' ἐν δύο μησὶν ἢ τέτταρσιν ἐφάνη τελευτῆσαν τὸ νόσημα, τισὶ δὲ καὶ μέχρι πλειόνων ἐξετάθη, καί τινες ὄντως ἐς ὄγδοον ἦλθον μῆνα καὶ ἄλλαι τινὲς ἐς δέκατον. ἐθεασάμην δὲ καὶ τὴν εἰς ἰσχίον ἐκ μήτρας ἀπόστασιν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολλῶν, καίτοι πολλὰς ἐφ' ὑστέρᾳ κακοπραγούσῃ χρονίως πασχούσας εἶδον. ὀκνηρῶς οὖν εἶχον ζητεῖν τὴν αἰτίαν οὗ μήπω τὴν ὕπαρξιν εὗρον ἀληθευομένην. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης ἀξιοῖ προεγνωσμένου βεβαίως τοῦ ὅτι, ζητεῖσθαι χρῆν τὸ διότι. πρὶν δ' ὅτι γίνεται βεβαίως μαθεῖν, εἴ τις ζητοίη τὸ διότι, φανερός ἐστιν ἀδολεσχεῖν τε καὶ ληρεῖν προῃρημένος, οὐ τἀληθὲς εὑρεῖν ὀρεγόμενος. οἱ γοῦν ἐπιχειρήσαντες εἰπεῖν καὶ τοῦδε τὴν [360] αἰτίαν τοιαῦτα λέγουσιν. ὅσοι μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς ἀμβλώσεως χρόνου εἰς ὀκτὼ ἢ δέκα

judicium experientiae committendum est; quemadmodum ego et in omnibus id genus et id eo, de quo nunc loquimur, semper feci. Atque observanti mihi nonnunquam quadraginta diebus, nonnunquam duobus mensibus aut quatuor morbus finiri atque aboleri visus est; quibusdam vero et in plures menses productus fuit et nonnullae revera ad octavum mensem, aliae et ad decimum pervenerunt. Vidi quoque ex utero in coxendicem migrare colligique materiam; id vero haud in multis, quamvis multas ex utero male habente diu laborantes spectaverim. Ejus itaque investigare causam gravabor, quod nondum an revera ita eveniret certior factus essem. Aristoteles namque, an est, prius firme cognito; deinde propter quid est quaeri oportere praecepit, quod si quis antequam, an est, firma notitia perceperit, propter quod sit, investigaverit, homo iste nugari garrireque maluisse, quamvis veritatem explorare videtur. Igitur qui et nunc propositae rei causam reddere conati sunt, haec in medium afferunt. Quicunque enim a tempore abortus usque ad octo aut

μῆνας ἀριθμεῖν ἀξιοῦσι, τὴν ὑστέραν φασὶν εἰθίσθαι κακοπαθεῖν ἐν δυσὶ τούτοις χρόνοις, ὀγδόῳ καὶ δεκάτῳ μηνί. κατὰ μὲν γὰρ τὸν ὄγδοον μῆνα στρέφεσθαι τὸ ἔμβρυον, ἀποκυΐσκεσθαι δ' ἐν τῷ δεκάτῳ. καὶ νῦν οὖν ταῖς αὐταῖς προθεσμίαις τὴν τῶν λυπούντων ἀπόκρισιν ποιεῖσθαι δι' ἀποσκήμματα εἰς χωρίον πλησίον τε κείμενον καὶ δέξασθαι τὰ πεμπόμενα δυνάμενον. ὅσοι δ' ἀπὸ τοῦ τῆς συλλήψεως χρόνου κελεύουσιν ἀριθμεῖν, εὐλογώτερον εἶναί φασιν, ὡς εἰ καὶ μηδεμία μεταξὺ φθορὰ περὶ τὸ ἔμβρυον ἐγεγόνει, νεωτέραν δ' ἄν τινα κίνησιν ἡ μήτρα περὶ αὐτὸ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους ἔσχεν ἢ στρεφόμενον ἢ ἐκκρινόμενον, οὕτω καὶ νῦν ἴσχειν. ἑκάτεροι δ' ἁμαρτάνουσι τὰς κινήσεις τοῦ ἐμβρύου ταῖς ὑστέραις ἀνατιθέντες. εἴτε γὰρ στρέφεται κατὰ τὸν ὄγδοον μῆνα, πάντως δήπου τὴν κίνησιν ταύτην ἐξ ἑαυτοῦ ποιεῖται, τήν τ' ἀποκύησιν, ὅταν κινούμενον ἰσχυρότερον ἀποῤῥήξῃ τινὰ τῶν περιεχόντων ὑμένων, λαμβάνει, τοῦτο γὰρ κἀν τῷ περὶ παιδίων φύσεως εἴρηται κατὰ τήνδε τὴν λέξιν· Ὅταν δὲ τῇ γυναικὶ ὁ τόκος

decem menfes numerare dignum putant, uterum duobus temporibus, octavo fcilicet menfe et decimo, malis tolerandis affuevifle dicunt: octavo enim menfe foetum converti, decimo autem in lucem edi: fic igitur et in praefentia iisdem ftatis temporibus contriftantes humores excerni, quae in locum vicinum, fufcipereque transmiffa potentem, irruerunt, affeverant. At qui a conceptionis tempore numerandum effe jubent, rationi magis confentaneum effe dicunt, ut quemadmodum etfi tempore intermedio foetus nullo vitio tentatus fit, novum tamen aliquem motum uterus circa ipfum temporibus iftis, dum aut convertitur, aut partu editur, habuerit, ita et nunc habeat. Caeterum utrique falluntur, qui foetus motiones utero tribuant. Quando enim octavo menfe convertitur, hunc fane motum omnino ex fe ipfo ciet, atque tunc paritur, cum vehementius commotus aliquam ex continentibus membranis effregerit, hoc enim et in libro de pueri natura hifce verbis teftatum eft: Quum vero mu-

παραγίνηται, συμβαίνει τότε τῷ παιδίῳ κινουμένῳ καὶ ἀσκαρίζοντι καὶ χερσὶ καὶ ποσὶ ῥῆξαί τινα τῶν ὑμένων τῶν ἐσωτάτω. ῥαγέντος ἑνὸς οἱ λοιποὶ ἀκινδυνοτέρην δύναμιν ἔχουσι καὶ ῥήγνυται πρῶτος μὲν ὁ ἐκείνου ἐχόμενος, ἔπειτα ὁ ὕστατος. ὅταν οὖν μηκέτι ἐν τῇ μήτρᾳ περιέχηται τὸ παιδίον ἀμβλωθὲν, οὐδὲ τὰς κινήσεις αὐτοῦ σώζεσθαι δυνατόν ἐστιν. ὁμοίως δὲ τούτοις εἰσὶν ἀπίθανοι καὶ ὅσοι φασὶ τὸν ἕβδομον μῆνα καὶ τὸν ἔνατον τὰς ἀποκυήσεις τῶν ἐμβρύων ἔχειν. τὸν δὲ ὄγδοον καὶ δέκατον τὰς παρὰ φύσιν ἀποστάσεις ὑστεριζούσας ἑνὶ μηνὶ τῶν κατὰ φύσιν, ὅπερ κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν εἰρῆσθαί φασι, κατ' ἐκείνην τὴν λέξιν, ἐν ᾗ φησι, τῇ ὑστεραίῃ, ὡσανεὶ τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ ἢ μηνί. προεξηγησάμεθα δὲ τοῦτο κατ' ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ἐγὼ δὲ εἰ λεγόμενον αὐτὸ πρότερον ἑοράκειν οὕτως ἔχον, ἐζήτουν ἂν αὐτοῦ φιλοπονώτερον τὴν αἰτίαν. ἐπεὶ δ' ἐν πολλαῖς χρόνων προθεσμίαις ἐθεασάμην τὰ τῆς ὑστέρας πάθη κρινόμενα καὶ συμφωνοῦντά γε ταῖς τῶν κρισίμων ἡμερῶν περιόδοις, ἃς αὐτὰς ἐδίδαξεν ἐν προ-

lieri partus tempora adveniunt, tunc puero, commoto manibusque et pedibus fefe agitanti aliquando, intimarum membranarum dirumpere accidit: una effracta, reliquae imbecilliorem facultatem habent; atqui prima foetum ambiens laceratur, deinde ultima. Quando igitur, nec dum utero foetus per abortum ejectus continetur, neque ut motus ipfius incolumes ferventur fieri poteft. Perinde vero atque ifti neque illi fide digni funt, qui feptimum menfem ac nonum foetuum partus efficere, octavum vero ac decimum egreffiones propter naturam uno menfe naturalibus tardiores efficere afferunt, quod fecundo popularium morborum libro dictum effe volunt in illis verbis, ubi dixit, poftero; ac fi dixiffet pofteriorem tempore aut menfe; fed hoc prius in eo libro declaravimus, at ego fi hoc dictum ita fe habere prius vidiffem, perquifiviffem utique ipfius caufam diligentius; fed quoniam per multa flata tempora uteri affectus judicari et judicatoriorum die-

γνωστικῷ, καταλείπω τὴν ζήτησιν τῆς αἰτίας, οὔτε διὰ παντὸς ὁρῶν τὸ εἰρημένον οὕτως ἔχον οὐδ' ὡς πολύ. τεθεαμένον δ' ἴσως κατὰ τύχην ἐπὶ δυοῖν ἢ τριῶν γυναικῶν τὸν ταῦτα γράψαντα συμβὰν οὕτως, εἴθ' ὁ Ἱπποκράτης αὐτός ἐστιν εἴτε Θέσσαλος εἴτ' ἄλλος τις, ἀποφήνασθαι προπετέστερον ἡγοῦμαι καθολικὴν ἀπόφασιν ἐπὶ πράγματι μήτε διὰ παντὸς, ὡς ἔφην, μήτε πολλάκις γινομένῳ. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν τέλος ἐχέτω. μνημονεύσωμεν δὲ τῶν προθέντων ἐν τῇ γραφῇ τὸν καὶ σύνδεσμον ἐν τῷ μεταξὺ τοῦτο, ἐς καρηβαρίην τρέπεται καὶ τοῦ κατὰ τὸ βρέγμα ὀδύναι καὶ ποιήσωμεν ὅλην τὴν γραφὴν τοιάνδε· ὅσῃσιν ἀπὸ φθορῆς περὶ ὑστέρην καὶ οἰδημάτων ἐς καρηβαρίην (445) τρέπεται καὶ κατὰ τὸ βρέγμα ὀδύναι καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων, ταύτῃσιν ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶν ἐς ἰσχίον τελευτᾷ. ἰατρικὸν γάρ τινα διορισμὸν εἰς πρόγνωσιν χρήσιμον, οὐκ αἰτιολογικὸν ἐπεισάγουσι τῷ πρόσθεν λόγῳ τοιαύτην ἀξιοῦντες εἶναι τὴν διάνοιαν. ὅσαις γυναιξὶν [361] οἰδημάτων

rum circuitibus conſonare perſpexi, ut ipſe in libro de praeſagiis docuit, cauſae inventionem relinquo, quum neque ſemper neque plerumque ita fieri videam. Verum ſcriptorem hunc, ſive Hippocrates ſit ſive Theſſalus ſive alius quiſpiam, in duabus forſan aut tribus mulieribus ita eveniſſe fortuito conſpicatum, inconſultius de re neque ſemper neque crebrius incidente, ut diximus, in univerſum pronunciaſſe exiſtimo. Sed de his hactenus a nobis dictum eſto. Eorum autem meminerimus, quae in narratione Hippocrates conjunctionem *et* interjecerunt inter eam partem, in capitis gravitatem vertitur et eam in ſyncipite dolores, totamque ſcripturam ita conſtituemus. Quibuscunque a perditione circa uterum et tumoribus in capitis gravitatem commutatur et in ſincipite dolores et quicunque alii ab uteris, iis octo menſibus aut decem in coxendicem deſinit. Medicinalem ſane quandam praeſcriptionem ad praeſagiendum utilem, non cauſas reddentem priori ſermoni adjungunt, talem judicantes eſſe ſententiam:

ἐν ταῖς μήτραις, ἐπ᾽ ἀμβλώσει γινομένων, ἐς καρηβαρίαν τρέπεται καὶ κατὰ τὸ βρέγμα αὐταῖς ὀδύναι γίνονται ταύταις ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶν ἐς ἰσχίον μετάστασίς ἐστι τῶν τὰς μήτρας λυπούντων, ὡς οὔτε πάντων τῶν κατὰ τὰς ὑστέρας οἰδημάτων καὶ τὸ βρέγμα τὰς ὀδύνας ἐργαζομένων οὔτε πάντων ἐς ἰσχίον κατασκηπτόντων, ἀλλ᾽ ἐκείνων μόνον ὅσα κατὰ τὸ βρέγμα ποιεῖται τὰς ὀδύνας. ἀλλ᾽ οἰδὲ τοῦτο παραφυλάξας εὗρον οὕτω γινόμενον, οὐ μὴν οὐδ᾽ αὐτοί τινα λόγον αὐτοῦ λέγουσι. διὰ τί γὰρ ἐκεῖνα μόνα τῶν κατὰ τὰς μήτρας οἰδημάτων ἐς ἰσχίον ἀποσκήπτειν ἀξιοῦσιν ὅσα κατὰ τὸ βρέγμα τὰς ὀδύνας ἐποιήσατο, λέγειν οὐκ ἔχουσιν. οὐδ᾽ ἡμεῖς οὖν αὐτοῖς πιστεύσομεν, ὡς ἂν μήτε δι᾽ ἐμπειρίας εἰληφότες τοῦ λόγου τὴν πίστιν μήτ᾽ ἐκ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ἐνδεικτικῶς. εὔδηλον δ᾽ ὅτι καὶ τὴν λέξιν ἐκείνην, καθ᾽ ἣν καὶ ἄλλαι ἀπὸ ὑστερέων ὁ Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ἐξηγοῦνται διττῶς. ἔνιοι μὲν ἐπὶ τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ διαθέσεις ἀναφέροντες τὸν λόγον, ὡς οὐδὲν ἧττον, ἀπα-

quibuscunque mulieribus in utero ex abortu tumoribus excitatis in capitis gravitatem fit commutatio et in ſyncipite iisdem dolores fiunt, iſtis octo et decem menſium ſpatio in coxendicem uterum vexantia recumbunt; tanquam non omnibus uteri tumoribus ſincipiti dolorem inferentibus, neque omnibus in coxendicem abſcedentibus, ſed illis tantummodo qui in ſincipite dolores creant. Verum quum id quoque ego obſervaverim, haud ita fieri compertum habui. Quin etiam neque ipſi hujusce rei aliquam rationem afferunt: cur enim ſoli illi uteri tumores, qui ſincipiti dolores intulerunt, in coxendicem ab iis migrare putentur, aſſignari cauſa non poteſt. Quamobrem neque nos ipſis crediderimus, utpote neque ab experientia neque ex rei natura indicatorie ſermonis hujus affirmationem conſequuti. Illud quoque in confeſſo eſt eam partem quam ita ſcripſit Hippocrates, et quaecunque aliae, ab uteris, duobus modis explanari. Quidam ſane ad uteri affectus ſermonem referunt tanquam omnibus ipſis aut

σῶν αὐτῶν, τῆς προειρημένης τὰς καρηβαρίας τε καὶ κατὰ τὸ βρέγμα μάλιστα γινομένας ὀδύνας ἑπομένας ἐχουσῶν. ἔνιοι δ' ἐπὶ τὰς τῆς κεφαλῆς διαθέσεις ἀναφέρουσι τὸν λόγον, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔγραψεν. ὅσαις ἀπὸ φθορῆς καὶ οἰδημάτων ἐς καρηβαρίαν τρέπεται, κατὰ τὸ βρέγμα εἰσὶν ὀδύναι καὶ ἄλλαι δὲ τῆς κεφαλῆς διαθέσεις αἱ ἀπὸ ὑστερῶν γινόμεναι κατὰ τὸ βρέγμα μάλιστα διασημαίνουσιν. ἄλλας διαθέσεις ἀκούσωμεν τὰς ἀναλόγους τῇ καρηβαρίᾳ, καλοῦσι δὲ τὰς μέν τινας αὐτῶν κεφαλαίας, τὰς δὲ ἡμικρανίας, τὰς δὲ κεφαλαλγίας ἁπλῶς.

γ'.

Οἱ φοξοὶ οἱ μὲν κρατεραύχενες ἰσχυροὶ καὶ τἄλλα καὶ τοῖσιν ὀστέοισιν, οἱ δὲ κεφαλαλγέες καὶ ὠτόῤῥυτοι, τουτέοισι ὑπερῶαι κοῖλαι καὶ ὀδόντες παρηλλαγμένοι.

minus quam praedictus capitis gravitates et in fincipite dolores evenientes habentibus. Alii vero ad capitis affectus fermonem referunt, ac fi ita omnem verborum feriem fcripfiffet: quibuscunque a perditione et tumoribus in capitis gravitatem vertitur, in fincipite dolores funt et alii quoque capitis affectus ab utero exorti in fincipite maxime fefe oftendunt. Alios affectus intelligamus capitis gravitati proportione refpondentes, aliquos autem ex ipfis cephalaeas vocant, aliquos hemicranias, aliquos cephalalgias, id eft capitis dolores fimpliciter.

III.

Qui acuminato funt capite et valida quidem cervice; tum caeteris tum offibus robufti funt. Qui vero caput dolent, fluentes habent aures, his palatum concavum eft et dentes perverfa ferie pofiti.

Κἀνταῦθα πάλιν οὐδὲν διαφέρει πότερα κρατεραύχενες ἐν πέντε συλλαβαῖς ἢ κρατραύχενες ἐν τέτρασί τις γράψειε. τοὺς γὰρ κρατεροὺς ἔχοντας τοὺς αὐχένας, ὅπερ ἐστὶν ἰσχυροὺς, ἑκατέρα τῶν φωνῶν σημαίνει. τὸ μέντοι μακραύχενες, ὅπερ ἔνιοι γράφουσι τὴν παλαιὰν ὑπαλλάττοντες γραφὴν, οὐ ταὐτὸν δηλοῖ. κρατερὸς μὲν γὰρ αὐχὴν ὁ ἰσχυρὸς ὀνομάζεται, διὰ σκληρότητα καὶ μέγεθος ὀστῶν τοιοῦτος γινόμενος τοὐπίπαν. οὕτως δ' ἔχουσι καὶ οἱ περικείμενοι τοῖς ὀστέοις μύες τε καὶ τένοντες καὶ σύνδεσμοι. μακροὶ δ' αὐχένες οὐχ ὅπως ἐν ἀρετῆς μέρει γίνονται, ἀλλὰ καὶ μοχθηροὶ τοὐπίπαν εἰσὶ, παραπλησίως τῷ στενῷ καὶ μακρῷ θώρακι. καὶ [362] γὰρ καὶ τοῦτον εὐρὺν εἶναι προσήκεν, οὐ πλατὺν μόνον ἢ μακρόν. εὐρὺς δ' ἐν τῇ κατὰ βάθος τε καὶ πλάτος διαστάσει καὶ θώραξ καὶ αὐχὴν καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἄλλο γίνεται μόριον, ὅταν ἀνάλογον ἀλλήλοις αὐξηθῇ ταῦτα. πάντως δ' ἐπ' αὐτῶν ἐστι καὶ τὸ μῆκος, ἤτοι μεῖζον ἢ ἴσον γε τοῖς συμμέτρως ἔχουσιν. ὁ μὲν οὖν θώραξ τῶν ἐντυγχανόντων ἡμῖν ἀνθρώπων οὐ φαίνεται, πρὶν γυ-

Hoc loco etiam nihil refert, utrum craterauchenes Graeca voce per quinque fyllabas aut cratrauchenes per quatuor quispiam fcripferit: robuftis enim cervicibus homines utraque vox fignificat. Macrauchenes vero, id eft longicolli, ut nonnulli veterem fcripturam permutantes fcribunt, non eandem rem fignificat. Valida enim cervix robufta nominatur ob duritiam magnitudinemque offium, plerumque talis exiftens, ita quoque fe habent ipfi circumpofiti mufculi, tendones et copulae; at longae cervices tantum abeft ut vi aliqua polleant, ut etiam prorfus vitiofae fint, perinde atque anguftum longumque pectus, quandoquidem id amplum effe, non latum dumtaxat aut longum, oportet. Amplum autem in lati profundique dimenfione pectus, collum et aliud quodque membrum confiftit, cum proportione inter fe congrua ea aucta fuerint, in ipfis vero prorfus et longitudo aut major eft aut aequalis iis quae moderate fe habent. Hominum quidem nobis obviam venientium pectora non prius apparent

μινωθῆναι τὸ σῶμα. τὴν δὲ κεφαλὴν εὐθέως ὁρῶμέν τε καὶ γνωρίζομεν ὅ τί περ ἂν ἔχῃ κατά τε τὴν διάπλασιν καὶ τὸ μέγεθος σφάλμα· κατὰ μὲν τὸ μέγεθος, εἴτε σμικροτέρα τοῦ προσήκοντος ἢ μείζων γεγονυῖα, κατὰ δὲ τὴν διάπλασιν ἢ ἀκριβῶς στρογγύλην, τήν τε κατὰ μέτωπον ἐξοχὴν καὶ τὴν κατὰ τὸ ἰνίον ἀπολωλεκυῖα τελέως, ἢ φοξὴ προμηκεστέρας τοῦ δέοντος ἔχουσα τὰς ἐξοχὰς, ἤτοι γ' ἀμφοτέρας ἢ τὴν ἑτέραν ἢ μίαν ἔχουσα μόνην, ἀπολωλεκυῖα δὲ τὴν ἑτέραν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς μείζονός τε καὶ φοξῆς ἐπισκέπτεσθαι προσήκει τό τε ποσὸν τῆς ὑπεροχῆς καὶ τὴν τοῦ αὐχένος ὑπεροχὴν, εἰς τὸ διαγνῶναι πότερον ἄμεινον αὐτοῖς ἢ χεῖρον ἡ κεφαλὴ κατεσκεύασται. δέδεικται γὰρ ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ὑπομνήμασιν οὐ μικρὰ χρεία γινομένη τοῖς ἰατροῖς ἔκ τε τοιαύτης γνώσεως εἰς φυλακὴν τῆς τοῦ μέρους ὑγείας καὶ τὴν ἐσομένην ἐπανόρθωσιν, εἰ φθάσειέ ποτε μαθεῖν. ἐπὶ δὲ τῆς ἐναργῶς μικρᾶς ἐγνωκέναι μὲν χρὴ τὴν σμικρότητα, προσεπισκέπτεσθαι δὲ ἐκ περιουσίας καὶ τὰ κατὰ τὸν τράχηλον. ἐπειδὴ στελέχει παραπλησίως

quam eorum corpora nudata fuerint: fed caput illico adfpicimus et quodnam in formatione ac magnitudine vitium habeat cognofcimus: in magnitudine, fi minus fit aut majus quam conveniat; in formatione, fi exquifite rotundum fit, frontis occipitiique prominentia carens penitus aut acutum productiores, quam deceat, eminentias habens aut utrasque aut altera tantum: aut una dumtaxat eminentia praeditum, altera vero privatum. In majore itaque capite et acuto et exceffus quantitas confideranda eft et ipfius cervicis excellentia, ut ipfis meliusne an deterius caput formatum fit, dignofcere valeamus. Declaratum eft enim in libris de tuenda fanitate non mediocrem utilitatem medicos ex hujusmodi cognitione percipere et ad fervandam membri fanitatem et ad futuram vitii emendationem, fi quando didiciffe prius acciderit. Sed in capite evidenter parvo parvitatem quidem noviffe opus eft et ea praeterea, quae ad collum pertinent, ex abundanti confideranda, quoniam perinde ac truncus dorfi

ἡ ῥάχις ὡς ἐκ ῥιζώσεως πέφυκε τῆς κεφαλῆς. ἔμαθες γὰρ ἐξ ἐγκεφάλου τῷ νωτιαίῳ μυελῷ τήν τε τῆς γενέσεως ἀρχὴν εἶναι καὶ τὴν τῶν δυνάμεων χορηγίαν. περιέχουσι δὲ τοῦτον οἱ σπόνδυλοι λεπτὸν μὲν ὄντα μικροὶ, παχὺν δὲ γενόμενον εὐρεῖς. ὥσπερ οὖν ὁ μέγας μὲν θώραξ εὐρυχωρίαν τε μεγάλην ἔνδοθεν ἔχει, καθ' ἣν ἄθλιπτα καὶ μεγάλα δύο σπλάγχνα περιέχεται πνεύμων καὶ καρδία. ὁ δὲ σμικρὸς ἀνάλογον αὐτῷ καὶ ταῦτα ἔχει σμικρά τε καὶ στενοχωρούμενα. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ ῥάχις ἀνάλογον ἑαυταῖς ἔχουσιν ἐγκέφαλόν τε καὶ νωτιαῖον. ὅταν μὲν εἰς μέγεθος ἐπιδῶσιν, αὐτούς τε μεγάλους εὐρείας τε τὰς τοῦ πνεύματος χώρας ἐν αὐτοῖς ποιοῦσιν, αἱ δὲ σμικραὶ τἀναντία. φαίνεται δὲ καὶ τὰ τῆς διανοίας βεβλαμμένα τοῖς ἐναργῶς ἔχουσιν, ἤτοι πάνυ μεγάλας ἢ πάνυ σμικρὰς τὰς κεφαλάς. ἀλλ' αἱ μὲν σμικραὶ μοχθηραὶ διὰ παντός, αἱ δὲ μεγάλαι γένοιντ' ἄν ποτε κατὰ τὸ σπάνιον ἐπὶ ῥώμῃ

ſpina ex capite tamquam ex radice praegerminat. Alibi enim didiciſtis, medullae dorſi a cerebro et ortus initium et facultatum copiam ſuggeri: hanc medullam vertebrae includunt, tenuem quidem puſillae, craſſiorem autem factam ampliores. Quemadmodum igitur magnum pectus ampla interius cavitate inane eſt, in qua duo magna viſcera, pulmones ſcilicet atque cor, nulla ex parte compreſſa continentur: perinde et exiguum pectus proportione ſibi reſpondentia haec viſcera continet, exigua videlicet et in anguſtiis verſantia; haud aliter caput et dorſi ſpina magnitudine reſpondentia et cerebrum et medullam includunt. Quum enim membra haec grandiora ſunt et cerebrum et medullam ampliores latioresque ſpiritus cavernas in ipſis efficiunt; at ſi puſilla fuerint, contrarium evenit. Vis praeterea cogitandi iis, qui aut nimis magna capita aut nimis exigua evidenter poſſident, oblaeſa eſt. Sed exigua capita ſemper prava ſunt: magna vero, licet raro, nonnunquam tamen et bona fuerint et ob facultatis eo-

τε τῆς κατὰ ταῦτα δυνάμεως καὶ πλήθει τῆς ὕλης, ἐξ ἧς διεπλάσθησαν, ὅπερ ὑπάρξαι φασὶ καὶ Περικλεῖ τῷ Ἀθηναίῳ συνετωτάτῳ γενομένῳ. σκώπτεται γοῦν ὑπὸ τῶν κωμικῶν ἐπὶ μεγέθει κεφαλῆς. ἔτι δὲ μᾶλλον, ἐὰν καὶ τὸ κατὰ φύσιν σχῆμα φυλάττῃ καὶ τὸν αὐχένα κρατερὸν ἔχῃ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δεδορκότας δριμὺ, γνωστέον ἄριστα διακεῖσθαι τὴν τοιαύτην κεφαλήν. αἱ δὲ φοξαὶ, καὶ γὰρ καὶ τούτων ἔφην τινὰς οὐκ εἶναι μεμπτὰς, γίνονται μὲν ὑπαλλαττομένης κατά τι τῆς ἀρίστης διαπλάσεως, ἥτις ἔοικε προμήκει σφαίρᾳ τεθλιμμένῃ καθ᾽ ἑκάτερον οὔσῃ· ἤτοι δὲ λείπουσαν ἔχουσι τὴν κατ᾽ ἰνίον ἢ μέτωπον ἐξοχὴν ἢ περαιτέρω [363] τοῦ προσήκοντος ηὐξημένην. ὡς τὸ πολὺ μὲν οὖν, ἔφην, ὥσπερ τὴν μεγάλην, οὕτω καὶ ταύτας εὑρήσεις μεμπτάς. ἐν δὲ τῷ σπανίῳ γίνονται καὶ τούτων τινὲς ἀγαθαὶ, τῆς διαπλαττούσης δυνάμεως τὴν ὕλην, ἐξ ἧς ἐγενήθη κυούμενος ὁ ἄνθρωπος, ἰσχυρᾶς ὑπαρχούσης, ὡς μὴ νικηθῆναι τῷ πλήθει τοῦ ῥυέντος ἐπὶ τὸ χωρίον αἵμα-

rum formatricis robur et materiae, unde creata funt, ubertate, quali capite Pericles Athenienfis vir prudentiffimus fuiffe traditur; unde et comici ejus capitis magnitudinem dicteriis laceffunt. Praeterea vero magis grande caput bonum fit, fi et naturalem figuram retineat et cervicem validam et oculos acute cernentes habeat: tunc enim optime hujusmodi caput fese habere fciendum eft. Verum acuta capita, nam et ex his quaedam non effe improbanda affirmavimus, optima figura aliquantulum permutata fieri dicimus. Optima enim capitis figura oblongo orbi utrinque compreffo fimilis eft, deficit autem acuto capiti aut occipitii aut frontis eminentia aut ultra quam deceat productam habet. Plerumque igitur, ut dixi, quemadmodum magnum caput, ita et hujusmodi acuta, mendofa improbaque reperies; raro tamen et ex his aliqua bona fuerint, facultate materiam, ex qua homo in utero creatus eft, efformante admodum valida, neque fanguinis in uterum defluentis multitudine fuperata, fed contra

τος, ἀλλ' ἐξαρκέσαι τε καὶ ἀντισχεῖν αὐτὸ καὶ διαπλάσαι καλῶς. ἐπεὶ τοίνυν ἤτοι διὰ τὴν ἔνδειαν ὁποτέρας τῶν ἐξοχῶν ἢ διὰ τὴν ἐπαύξησιν αἱ φοξαὶ γίνονται κεφαλαὶ, πρῶτον μέν σε χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν πότερον αὐξηθείσης ἢ μειωθείσης, οὐ μεμπτὸν δ' ἀεὶ, τὸ προσαυ- (446) ξηθείσης. ἀλλὰ συνεπισκέπτεσθαι χρὴ τηνικαῦτα πρῶτον μὲν τὴν εὐσχημοσύνην τῆς ἐπαυξήσεως· αἱ γὰρ ἀπρεπεῖς ἐπαυξήσεις εἰσὶ μοχθηραί· δεύτερον δὲ πότερον ἡ κατ' ἰνίον ἐξοχὴ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς γέγονε μείζων ἢ τὸ κατὰ πρόσωπον μέρος ηὔξηται, βέλτιον εἶναι νομίζοντα αὐξηθῆναι τὴν κατ' ἰνίον. αὐτίκα γὰρ ἥ τε κυριωτάτη τῶν κοιλιῶν ἐστὶ τοῦ ἐγκεφάλου καὶ ἡ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ ῥίζωσις. εἶτα καθεξῆς σκοπεῖν τὸν αὐχένα πότερον ἀσθενὴς ἢ κρατερός ἐστιν. ἐὰν γὰρ ἥ τ' ἐξοχὴ μήτ' ἀσχήμων ᾖ μήθ' ὑπερβαλλόντως μεγάλη, γεναῖός τε αὐτὴν ἐκδέχεται τράχηλος, ἀποδέχου τὴν ὀξότητα τῆς τοιαύτης κεφαλῆς. ἰσχυροὺς γὰρ εὑρήσεις τούτους τά τε ἄλλα κἀν τοῖς ὀστοῖς. ἐπίσκεψαι

ejus vim fuftinere, refiftere eleganterque effingere potens fuit. Quando igitur ob alterutrius eminentiae defectum aut exceffum acuta capita redduntur, primum quidem te illud animadvertere decet, utrum aucta aut diminuta prominentia acutum caput evaferit: vitiofum enim femper eft ex comminuta mucronatum caput: non femper malum ex adaucta. Verum autem praeterea confiderare convenit inprimis quidem decoram incrementi formam; deformia enim incrementa prava funt: fecundo utrum capitis exceffus, qui in eo occipitio eft, plus quam ea, quae a facie eft, pars excreverit: melius enim putandum eft, occipitii eminentiam majorem effe, ibi namque et nobiliffimus cerebri finus et dorfi medullae exortus locati funt. Poftea deinceps cervicem confiderato, imbecillane fit an robufta; nam fi eminentia neque indecora fuerit, neque ultra modum grandis validumque eam collum fuftineat, hujusmodi capitis acumen probato: hos enim homines et aliorum membrorum, fed offium praecipue viribus pollere compe-

δ᾽ ἐνταῦθα τίνα λέγει τὰ ἄλλα, πότερα τὰ κατὰ θώρακα καὶ ἧπαρ, ὡς εἶναι τὰς τρεῖς ἀρχὰς τοῖς τοιούτοις γενναίας, οὐ μόνον τὴν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον· ἢ τἄλλα μόνα λέγει διὰ τὰ τὴν πρώτην ἀρχήν τε καὶ γένεσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα. ταῦτα δέ ἐστι νωτιαῖος καὶ νεῦρα καὶ σὺν αὐτοῖς ἡ τῶν ὀστῶν οὐσία καὶ ἡ τῶν μυῶν, ἅπερ ἐξ ἀνάγκης συναυξάνεται καὶ συγκρατύνεται τῇ κεφαλῇ. καὶ ταῦτα δὲ εὑρήσεις ὡς τὸ πολὺ συναυξανόμενα. τοῦ γὰρ αἵματος, ἐξ οὗ διεπλάσθησαν τὰ κατὰ τὴν κεφαλὴν, ὄντος πολλοῦ τε καὶ εὐχρήστου καὶ τὴν ζωτικὴν δύναμιν, ἣν ἐκ καρδίας ἐδείξαμεν ὁρμᾶσθαι καὶ τὴν φυσικήν τε καὶ θρεπτικὴν ὀνομαζομένην, ἣν ἐξ ἥπατος ἔμαθες ἐπιῤῥεῖν ταῖς φλεψὶν, εὔλογον ὑπάρχειν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἰσχυρᾶς. καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ ζώῳ τὰ ὡς θεμέλια τοῦ παντὸς σώματος ἀναγκαῖον εἶναι γενναῖα. τῆς δ᾽ ἐναντίως ἐχούσης κεφαλῆς, κατά τε τὸ μοχθηρὸν σχῆμα καὶ τὴν μικρότητα, προσεπισκέψασθαι τά τε καθ᾽ ὑπερῶαν ἐν τῷ στόματι χωρία. καλεῖται δ᾽ οὕτως τὸ μέρος ἐκεῖνο τῆς ὑψηλῆς χώρας αὐτοῦ, ὅσον ὑπὲρ τὰς ἐκ τῆς

ries. Sed hoc loco et illud perpendito, quid ſi voluerit, quum dixerit et aliis: num intellexerit pectus et jecur, ut ejusmodi hominibus tria generoſa principia inſint, non ſolum cerebrum: an et alia illa ſola dicat, quae primum initium et ortum ex capite habent; ea vero ſunt dorſi medulla et nervi et cum ipſis oſſium muſculorumque materia, qui neceſſario una cum capite augeſcunt et roborantur. Haec membra vero plerumque in ſimul augeri comperies. Quando enim ſanguis, ex quo capitis partes creatae ſunt, multus atque bonus eſt, vitalem quoque potentiam, quam ex corde prodire oſtendimus, nutricemque vocatam quam ex jecore in venas promanare didiciſti, ſtatim ab initio robuſtas eſſe credibile eſt; atqui hujusmodi animali prima veluti fundamenta totius corporis magnifica eſſe ac generoſa neceſſe eſt. At in capite contra deformi effigie et exiguitate vitioſa, praeterea et in ore palati partes inſpicito; ita vero appellant in eo altioris ſpatii partem illam, quae ſupra foramina e naribus in

ῥινὸς εἰς αὐτὸ συντερήσεις ἐστὶ μετέωρον. εὑρήσεις γὰρ οὖν καὶ τοῦτο κοῖλον, ἐφ᾽ ὧν ἡ φοξότης ὀξεῖά τε καὶ ἀσχήμων ἐγένετο. καὶ γὰρ οὖν καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι τούτους μάλιστα φοξούς. ἐπὶ πολλῶν δὲ καὶ ὀδόντες παρηλλαγμένοι φαίνονται, τουτέστιν οὐ κατ᾽ εὐθὺ τοῖς ἄνωθεν οἱ κάτωθεν οὔθ᾽ οἱ τομεῖς τοῖς τομεῦσιν οὔθ᾽ οἱ κυνόδοντες τοῖς κυνόδουσι οὔθ᾽ αἱ μύλαι ταῖς μύλαις, ἀλλ᾽ οἷον ἀνεσπασμένον τε ἅμα καὶ διεστραμμένον αὐτοῖς φαίνεται τὸ στόμα. τούτους οὖν εὑρήσεις κεφαλήν τε συνεχῶς ἀλγοῦντας καὶ ῥευματιζομένους τὰ ὦτα, ποτὲ μὲν ἰχῶρι λεπτῷ καὶ ὑγρῷ, ποτὲ δὲ οἷον πυώδει τε καὶ δυσώδει, τῶν ἀσθενῶν μορίων εἰωθότων καὶ πολὺ καὶ μοχθηρὸν περίττωμα γεννᾷν. ὁπότ᾽ οὖν σαφὴς ἐγένετο ἡ ῥῆσις, [364] μικρόν τι προσθεὶς ἐπ᾽ ἄλλην μεταβήσομεν. τὸ δὲ μικρὸν τοῦτ᾽ ἐστὶν ἀνάμνησις ἑνὸς τῶν εἰρημένων μοι κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦδε τοῦ λόγου. φαίνεται γὰρ ἤδη σαφῶς ὑπομνήματι μᾶλλον ἢ συγγράμματι τὸ προκείμενον ἐοικέναι βιβλίον,

ipfum pertinentia fublimis eft; invenies enim et hanc partem illis cavam, quorum acutum valde caput ac deforme eft; hos autem praecipue vocant homines φοξούς, hoc eft acuti capitis. In multis quoque dentes male politi videntur, id eft non recte e regione fuperiores cum inferioribus committuntur, neque incifores cum inciforibus, neque canini cum caninis, neque molares cum molaribus; fed veluti revulfum juxta atque diftortum in ipfis os apparet. Hos igitur crebro dolore capitis vexari confpicies ipforumque aures deftillatione laborare, nonnunquam fanie quadam tenui et liquida, nonnunquam ceu purulento humore ac foetido emanante: imbecilla namque membra multum planumque excrementum colligere confueverunt. Igitur quum jam fcriptoris fermo explanatus fuerit, paucis quibusdam additis, aliam partem tranfibo. Ea vero pauca hujusmodi funt, reminifcentia fcilicet unius, quod a me hujus fermonis initio dictum fuit; videtur enim jam aperte liber ifte commentario ma-

ἑαυτῷ τινὰ γράφοντος εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Ἱπποκράτους, ὡς ἕκαστον ἔτυχεν ἤτοι θεασάμενος ἢ διὰ λογικῆς σκέψεως ἐξευρών. οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐγγὺς οἰκεῖόν ἐστι τῇ πρώτῃ ῥήσει πρὸς τὴν δευτέραν, καθάπερ οὐδὲ τῇ τρίτῃ πάλιν πρὸς ταύτας.

δ'.

Ὅσοισιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε, τουτέοισι μέση ἵζει ἡ ῥίς. ὅσοισι δὲ, ὅθεν οἱ ὀδόντες, ἄκρη σιμοῦται.

Τὸ διαφράττον ὀστοῦν τοὺς δύο πόρους τῆς ῥινὸς ἐστήρικται κατ' ἄλλου τινὸς ὀστοῦ λεπτοῦ, τὴν μὲν ἀρχὴν ἔχοντος ἄνωθεν ἐκ τοῦ μεσοφρύου, τελευτῶντος δ' ἐπὶ τὸ πέρας τῆς ῥινὸς, ἔνθα τὰ πτερύγια. κατὰ τοῦτο μὲν οὖν τὸ μέρος ἐπίκειται τὸ διάφραγμα τῆς ῥινὸς, ἐκείνοις τοῖς χωρίοις, εἰς ἃ τὰ πέρατα τῶν τομέων ὀδόντων ἀνήκει. τὸ

gis quam juſto volumini ſimilis eſſe, Hippocrate ſibi ipſi, ut memoriae ſubveniret, nonnulla ſcribente, prout unumquodque aut experientia comprehendiſſet aut rationali meditatione excogitaſſet. Nulla enim cognatio vel propinquitas primae parti cum ſecunda intercedit, quemadmodum rurſus neque tertiae cum iſtis.

IV.

Quibus os a palato diſceſſit, iis medius conſidit naſus. Quibus vero unde dentes procedunt, inde ſummus naſus ſimus efficitur.

Quod os duo naſi interſepit foramina, id alio quodam oſſe tenui fulcitur ſurſum ab intercilio principium habente et in extremum naſi, ubi alae ſitae ſunt, deſinente. In ea igitur parte poſitum eſt naſi interſeptum illis in locis ad quae inciſorum dentium extrema perveniunt. Pars

δ' ἀνωτέρω τούτων ὑπερῴα μὲν ὀνομάζεται, στηρίζεται δ' ἐπ' αὐτῆς τὸ μέσον τοῦ διαφράγματος τῆς ῥινός. ἔνθα ἂν οὖν ἀπόληταί τι τῶν στηριζόντων ὀστῶν, καταπῖπτον ἐνταῦθα τὸ διάφραγμα κοίλην ἐργάζεται κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τὴν ῥῖνα, καὶ καλεῖται ταύτης τὸ σύμπτωμα σιμότης.

ε'.

Αἱ τῶν νηπίων ἐκλάμψιες ἅμα ἥβῃ ἐστὶν οἷσι μεταβολὰς ἴσχουσι καὶ ἄλλας καὶ ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα, ὅταν πληρῶνται σίτου.

Ταύτην τὴν γραφὴν ἁπάντων μὲν τῶν ἐξηγητῶν εἰδότων, ἁπάντων δὲ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων ἐχόντων, ἔνιοι τῶν νεωτέρων μεταγράφειν ἐπεχείρησαν ἄλλος ἄλλως, οἱ μὲν ἐπιλήψιες γράφοντες, οἱ δὲ καταλήψιες, οἱ δὲ ἐπιλάμψιες. ἡ δ' ἐξήγησις αὐτῶν ἐπιληψίαν αὐτῷ βούλεται δηλοῦσθαι, παυομένην ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἐκ νηπίου ἔχουσιν

autem his fuperior palatum quidem nominatur; ea vero medium nafi interfeptum nititur. Itaque ubi fulcientium offium aliquod decidens perierit, ibi interfeptum illa in parte nafum concavum efficit atque id ejus fymptoma fimitas vocatur.

V.

Puerorum fulgores una cum pubertate in quibusdam mutationes habent, atque etiam alias et ad renem urget dolor gravis, quum cibis implentur.

Hanc omnibus explanationibus fcripturam cognofcentibus et omnibus antiquis codicibus eam habentibus, nonnulli recentiores alius aliter eam mutare conati funt. Quidam enim epilepfies fcribunt, aliqui catalepfies, alii epilampfies, hoc eft effulgefcentiae. Ipforum autem interpretatio ab ipfo morbum comitialem fignificari vult, qui

αὐτὴν, ἐν τῇ τῆς παιδικῆς ἡλικίας εἰς τὴν ἡβικὴν μεταβολῇ. καὶ γὰρ φαίνεται γινόμενον οὕτως, ἐὰν μή τις ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πλημμελῶς διαιτώμενος αἴτιος αὐτῷ γένηται τοῦ [365] διαμεῖναι τὸ νόσημα. γίνεται μὲν οὖν ὡς τὸ πολὺ διὰ ψυχρὰν ἐγκεφάλου κρᾶσιν, συνεζευγμένης ὑγρότητος αὐτῇ τὰ πολλά. σπάνιοι γὰρ αἱ ἐκ μορίου τινὸς ὁρμώμεναι, θεραπεύεται δ᾽ ὅταν ἡβάσκωσιν, ἐὰν καὶ τἄλλα τις ὡς προσήκει πράττῃ, διὰ τὴν ἐπὶ τὸ ξηρότερόν τε καὶ θερμότερον μεταβολὴν τῆς κράσεως ὅλου τοῦ σώματος. ὅπως γὰρ ὁ ἀκμάζων θερμότερός ἐστι τοῦ παιδὸς ἔμαθες ἐν τοῖς περὶ κράσεων, ἔνθεν καὶ ὅπως ὁ παῖς οὐκ ἀκμάζοντός ἐστι θερμότερος. ὁ μὲν ἀκμάζων ἁπλῶς θερμότερος, ὁ δὲ παῖς οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ᾽ ὅτι πλέον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἐκλάμψεις οὖν τοῦ θερμοῦ βούλονται λέγειν αὐτὸν οἱ καλέσαντες ἑαυτοὺς Ἱπποκρατείους, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῆς ἐκτὸς φλογὸς, ἥτις ὅταν ἐπικρατήσῃ τῆς ὕλης, ὥστε ἑαυτῇ συνεξομοιῶσαι πᾶσαν, ἐξέλαμψέ τε καὶ φανερὰ πᾶσιν ἐγέ-

plerumque ab infantia laborantibus in ipſo a puerili aetate ad pubertatem tranſitu evaneſcere conſuevit. Etenim id ita fieri compertum eſt, niſi quiſpiam eo tempore vitioſa victus ratione utens, ſibi ipſi conſervandi morbi auctor fuerit. Oritur ſane plerumque ob frigidam cerebri temperaturam, humiditate adjuncta frequenter idque ſaepius accidit, quoniam raro ex alicujus membri vitio provenit. Finitur autem quo tempore pubeſcunt, ſi et in aliis aegrotus, ut decet, ſe geſſerit, quia totius corporis temperamentum ad ſiccius calidiusque convertitur. Quo enim pacto juvenis puero calidior ſit, in libris de temperamentis didiciſti: ubi etiam quo modo puer juvene ſit calidior declaravimus: juvenis quidem abſolute calidior, puer vero non abſolute, ſed eo quod plus innati calidi poſſideat. Illi itaque qui ſe ipſos Hippocraticos nominant, ipſum fulgores calidi dicere volunt, per translationem ab externa flamma, quae quum materiam vicit eamque ſibi ipſi omnem aſſimilavit, effulget manifeſtaque omni-

νειο, κατακεκρυμμένη πρόσθεν, ἡνίκα τὴν ὕλην ὑγρὰν οὖσαν ἐξήραινεν. ὁ δέ γε Ζεῦξις, ὡσαύτως δ' αὐτῷ καὶ τῶν ἐμπειρικῶν τινες, οὐχ οὕτως ἀκούουσι τὴν ἔκλαμψιν, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ· μαθήσῃ δὲ τῆς τοῦ Ζεύξιδος ῥήσεως παραγραφείσης ὧδε. νήπια λέγει ὁ Ἱπποκράτης τὰ μέχρι ἥβης, ταῦτα δὲ κατὰ τὸν τοῦ ἡβάσκειν χρόνον ἐκλάμπει, ἐμφατικῶς ἄγαν τῇ μεταφορᾷ χρησάμενος. καὶ γὰρ σαρκοῦται τὰ τηνικαῦτα μᾶλλον καὶ εὐερνέστερα γίνεται καὶ τῷ χρώματι καὶ τῷ εἴδει χαριέστερα καὶ τῇ δυνάμει καὶ λογισμῷ βελτίονα. ἀθρόως δὲ γίνεται τοιαῦτα ὥστε καὶ τῶν εὐειδῶν φύσει τότε μᾶλλον ἐκλάμπει τὸ κάλλος. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ζεῦξις νήπιά φησιν εἰρῆσθαι πάντα τὰ παιδία, καθότι καὶ Ἡρόφιλος ὠνόμασεν αὐτὰ οὕτως. καὶ γὰρ περὶ τούτου γράφει τόνδε τὸν τρόπον διὰ ταύτης τῆς λέξεως· φαίνεται νήπια λέγων ὁ Ἱπποκράτης τὰ ἕως ἥβης καὶ οὐχὶ τὰ νεογνὰ μέχρι τῶν πέντε ἢ ἓξ ἐτῶν, ὡς νῦν οἱ πλεῖστοι λέγουσιν. ἤρκει δὲ καὶ ὁ Ἡρόφι- (447) λος τὰ τηλικαῦτα λέγων νήπια, δι' ὧν φησι· τοῖς νηπίοις οὐ γίνεται σπέρ-

bus redditur, quum prius humidam materiam exficcans occultaretur. At Zeuxis et cum ipfo pariter nonnulli empirici fulgorem haud ita interpretantur, fed altero quodammodo; intelliges autem ex Zeuxidis fermone in hunc modum defcripto: Infantes ufque ad pubertatis annos appellat Hippocrates, ifti autem pubefcendi tempore effulgent. Atque hic magnam vim exprimendi habente translatione ufus eft; tunc enim magis carnofi fiunt et adultiores, coloreque et forma gratiores, viribus ingenioque praeftantiores. Repente autem ac fimul haec omnia eveniunt, eorumque qui natura formofi funt tunc magis effulget pulcritudo. Idem ifte autem Zeuxis infantes appellari omnes pueros inquit, quemadmodum et Herophilus ipfos appellavit: de hac enim re hunc in modum fcribit hifce verbis: videtur Hippocrates infantes nominaffe ufque ad pubertatis annos, non eos tantum, qui nuper funt nati, ad quinque vel fex annos, ut plerique nunc intelligere folent. Contentus fuit autem et Herophilus tam grandes

ματα μεγάλα, καταμήνια, κύημα, φαλακρότης. οὐ γὰρ τοῖς μέχρι τῆς προειρημένης ἡλικίας παραγινομένοις λέγει μὴ γίνεσθαι ταῦτα, τουτέστιν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθέως γενέσεως, ὅπερ τινὲς δεχόμενοι καταγελῶσιν αὐτοῦ, ὡς τὰ πᾶσι γιγνωσκόμενα διδάσκοντος, ὧν ἐστὶ καὶ ὁ Καλλίμαχος, ἀλλὰ τοῖς μέχρις ἥβης, ἐπειδή τινες ὑπέλαβον καὶ ἐν τούτοις ταῦτα γίνεσθαι. ταῦτα μέν σοι καὶ τὰ τοῦ Ζεύξιδος· ἐμοὶ δ᾽ ὅπως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὰ νήπια καὶ πρόσθεν μὲν εἶπον, ἀναλήψομαι δὲ καὶ νῦν ἔτι σαφέστερον τὸν λόγον. τὸ τῆς ἐπιληψίας πάθος ἤτοι κατὰ φυσικὴν γίνεται δυσκρασίαν, ὅταν ὑγρὸς ὁ ἐγκέφαλος ἱκανῶς ᾖ καὶ τηνικαῦτά γε καὶ παιδίων ὀνομάζεται τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων ὧδέ πως γράψας· τοῖς παιδίοις συμπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν καὶ νοῦσον εἶναι. κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδίων πάθος, ὡς εἶναι τὴν λέξιν ταύτην· ἃ νομίζουσι τὸ παιδίων πάθος ποιεῖν καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. γίνεται δὲ καὶ δι᾽ ἁμαρ-

natu infantes vocare per haec verba: infantibus non erumpunt femina multa, neque menftrua purgamenta, iidem non concipiunt, non calvefcunt. Neque enim praedictam aetatem natis haec accidere negat, hoc eft a primo ftatim ortu, ut nonnulli accipientes ipfum derident, tanquam res omnibus notas edocentem, e quorum numero eft etiam Callimachus, fed illis qui ad pubertatem ufque pervenerunt, quod nonnulli et in iftis ea fieri opinarentur. Hactenus Zeuxis loquutus eft: at mihi quid per infantes fignificare videatur et antea quidem dixi et nunc iterum manifeftiori fermone repetam. Comitialis affectus aut a naturali intemperie provenit, cum humidum valde cerebrum eft, tuncque morbus ifte puerilis adpellatur, quemadmodum ipfe in libro de aquis, aëre et locis ita fcribens fignificavit: Pueris accidere convulfiones et fufpiria five anhelitus; quae putant puerilem efficere et facrum morbum effe. In his verbis clare patet, illi dictioni, *puerilem*, fubintelligendum effe affectum, ut loquutio

τήματα τοῖς παιδίοις ταὐτὸ τοῦτο πάθος, ἰατρικῆς θεραπείας δεόμενον. ὅταν δὲ δι' ὑγρότητα γίνεται, νηπίοις οὖσιν εὐθὺς ἄρχεται καὶ παύεται μηδὲν ἡμῶν πραγματευομένων, ἐν τῇ τῆς ἡλικίας μεταβολῇ, ὡς οἷς ἂν ἄρξηται παιδίοις, [366] μὴ κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς ἡλικίαν, βρέφεσιν οὖσιν, ἀλλ' ἐν τῷ προϊέναι, δῆλόν ἐστιν ἐξ ἁμαρτημάτων, τούτοις τῶν κατὰ τὴν δίαιταν, ἤ τινος ἔξωθεν αἰτίας ἑτέρας, ἐσχηκὸς τὴν γένεσιν, ἐφ' ὧν οὐ χρὴ τὴν μεταβολὴν τῆς ἡλικίας ἀναμένειν, ἀλλὰ τὴν γεγονυῖαν τὴν διάθεσιν ἐν αὐτοῖς νοσώδη θεραπεύειν. ἐκεῖνό γε μὴν ἄξιον οὐ σμικρᾶς ζητήσεώς ἐστιν, ἐὰν κατὰ τὴν παλαιὰν γραφὴν ἐκλάμψιας ἀκούσωμεν, ὡς ὁ Ἱπποκράτης καὶ ὁ Ζεῦξις ἤκουσιν. ὁ γὰρ λόγος ἐστὶ τοιοῦτος. αἱ τῶν νηπίων, ὅταν ἡβάσκωσιν ἐκλάμψεις τοῦ θερμοῦ καὶ ἄλλας μέν τινας ἐν αὐτοῖς ἴσχουσι μεταβολὰς καὶ μέντοι καὶ τὴν τῶν νεφρῶν πεῖσιν ἣν αὐτὸς ἐφεξῆς διηγεῖται. παραλειφθήσεται γὰρ ἐν τῷ τοιούτῳ λόγῳ τὸ τῆς ἐπιληψίας ὄνομα καὶ κατὰ τοῦτο

ita fe habeat; quae putant puerulum affectum efficere et facrum morbum effe. Accidit autem hic idem affectus pueris etiam ob errata medici orationem poftulans. Quando vero ob humiditatem oritur, plane infantes ftatim invadit definitque aetatis converfione, nullum nobis negotium faceffens. Quapropter quoscunque pueros non a prima ftatim aetate, quum adhuc funt infantuli, fed annorum progreffu vexare inceperit, procul dubio ob peccata in victus ratione commiffa aut ob aliam quampiam externam caufam exortus eft; in quibus aetatis converfionem praeftolari non convenit, fed factum morbofum affectum difcutere. Illud utique non exigua confideratione dignum eft, fi fecundum antiquam lectionem fulgores acceperimus, ut Hippocrates et Zeuxis acceperunt: oratio enim hujusmodi eft: Infantium, quum pubefcunt, fulgores calidi et alias quidem nonnullas in ipfis mutationes habent, quin etiam renum affectionem, quam ipfe deinceps explanat. Praetermittetur enim et in hoc fermone epilepfiae nomen.

φαίνονταί τινες οὐκ ἀλόγως ἐπιλήψεις γράψαντες, ὥσπερ ἔνιοι καταλήψεις. ἐχρῆν δ' αὐτοὺς ὡς οὐχ εὑρόντας οὕτω γεγραμμένον, ἀλλ' ὡς ἄμεινον οὕτω γράφειν, εἰπόντας, ἐπὶ τὴν εἰρημένην ἐξήγησιν ἀφικνεῖσθαι. προκειμένου δὲ τοῦ καὶ συνδέσμου τοῦτον πάλιν ἀφαιροῦσιν ἔνιοι, δύο βουλόμενοι λόγους εἶναι κατ' οὐδὲν ἀλλήλοις κοινωνοῦντας, ἕνα μὲν ἐκ τῆσδε τῆς ῥήσεως αὐτάρκως δηλούμενον. αἱ τῶν νηπίων ἐκλάμψιες ἅμα ἥβῃ ἔστιν οἷσι μεταβολὰς ἴσχουσι καὶ ἄλλας. ἕτερον δὲ τοιόνδε, ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα, ὅταν πληρῶνται σίτου. καὶ τὰ τούτων συνεχῆ περὶ νεφρίτιδος αὐτοῦ διδάσκοντος, ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς, οὐχ ὡς τοῖς παιδίοις ὅταν ἡβάσκῃ εἰς τοῦτο τὸ νόσημα τῆς ἐπιληψίας μεθισταμένης οὐ γὰρ φαίνεται κατὰ τὴν ἡλικίαν ταύτην νεφρῖτις γενομένη, καθάπερ ὁ κατὰ τὴν κύστιν λίθος. οὗτος μὲν γὰρ παιδίοις μᾶλλον, νεφρῖτις δὲ τοῖς παρακμάζουσι γίνεται. παραγράψωμεν οὖν ἐφεξῆς τὰ περὶ νεφρίτιδος οὕτω λεγόμενα.

Atque ideo nonnulli haud absque ratione fcribere videntur epilepfes, quemadmodum et alii catalepfes. At hos decebat tanquam non ita fcriptum invenientes, fed quod melius effet ita fcribere dicentes, ad praedictam explanationem accedere. Quum vero haec vox et appofita fit, hanc rurfum alii adimunt, duas orationes nullo vinculo inter fe connexas effe volentes; unam hifce verbis fatis declaratam, infantium fulgores, fimulatque pubefcunt, in nonnullis mutationes habent et alia; alterum hoc modo dicentes, in renem dolor gravis cum cibo replentur et reliqua quae fequuntur, de renum vitiis ipfo tradente, ab altero initio; non quod in pueris, quum pubefcunt, in hoc vitium comitialis morbus tranfeat, haud enim ea aetate renum morbus creari videtur, quemadmodum veficae lapis: ifte namque in pueris magis, renum autem affectus in declinante potius aetate contingit. Adfcribamus igitur ea deinceps, quae de renum vitiis in hunc modo ab eo tradita funt.

στʹ.

Ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα, ὅταν πληρῶνται σίτου, ἐμέουσί τε φλέγμα. ὅταν δὲ πλεονάζωσιν αἱ ὀδύναι, ἰώδεα, καὶ ῥάους μὲν γίνονται, λύονται δὲ ὅταν σίτων κενωθῶσιν, ψάμμια τε πυῤῥὰ ὑφίσταται, αἱματώδέες τε οὐρέουσι· νάρκη μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν. ἐλινύειν οὐ ξυμφέρει, ἀλλὰ γυμνάζεσθαι, μὴ ἐμπίπλασθαι. τοὺς νέους ἐλλεβορίζειν, ἰγνύην τάμνειν, οὐρητικοῖς καθῆραι, λεπτῦναι καὶ ἁπαλῦναι.

Ὀδύνην βαρεῖαν ἤτοι τὴν ὡς βαρέος τινὸς ἐγκειμένου κατὰ τὸ χωρίον αἴσθησιν φέρουσαν ἢ τὴν χαλεπὴν ἀκούειν οἷόν τ' ἐστίν. ἀληθὲς γὰρ ἑκάτερόν ἐστι, κατὰ διαφέροντας χρόνους ἐν τοῖς νεφροῖς γινόμενον. ἐπειδὴ σφοδρότατα μὲν ὀδυνῶνται κατά τε τὰς γενέσεις καὶ διεξόδους τῶν [367] λίθων, ἐν δὲ τῷ λοιπῷ χρόνῳ τὰς ὀδύνας ὡς βαρέος τινὸς ἐγκειμένου κατὰ τὸν τόπον ἔχουσιν. ὅσοι μὲν οὖν ἡγοῦνται

VI.

In renem dolor gravis procidit, quum cibo replentur vomuntque pituitam. Quum vero ubertim excreverint, aeruginofa mejunt et leviores quidem evadunt. Solvuntur autem dolores, vacuati cibis, arenulae fulvae fubfident et cruentam urinam mejunt; femoris e regione pofiti ftupor percipitur. Quiefcere non confert, fed exerceri, non repleri. Juvenes veratro purgare oportet, poplitis venam incidere; urinam cientibus expurgare, attenuare ac emollire.

Dolorem gravem aut tanquam alicujus rei gravis loco incumbentis fenfum inferentem aut acerbum intelligere poffumus. Siquidem utrumque verum eft, diverfis tamen temporibus in renibus fieri: in calculorum enim creatione atque exitu acerbiffime dolent, reliquo autem tempore, ut rei cujuspiam gravis loco incumbentis dolorem percipiunt. Quicunque igitur in renum cavis lapillos

κατὰ τὴν κοιλίαν τῶν νεφρῶν συνίστασθαι τοὺς λίθους, ἐν τῇ διεξόδῳ μόνῃ τῇ κατὰ τοὺς οὐρητῆρας ὀδυνᾶσθαί φασι τοὺς πάσχοντας. ὅσοι δὲ ἐν αὐτῇ τῇ σαρκὶ τῶν νεφρῶν, οὐκ ἐν μόναις ταῖς διεξόδοις, ἀλλὰ καὶ καθ' ὃν γίνονται χρόνον ἐνιαῦθα καὶ καθ' ὃν εἰς τὴν κοιλίαν τῶν νεφρῶν διεξέρχονται. τοῦ δ' ἐν ταῖς σαρξὶν αὐτῶν συνίστασθαι τοὺς λίθους ἀνάλογον τοῖς ἐπὶ τῶν ἀρθριτικῶν πώροις ἐπάγονται μάρτυρα τὴν ἐκ τοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης λέξιν ἔχουσαν οὕτω. ὁκόσοισι ψαμμοειδὲς ὑφίσταται, ἢ πῶροι ἐν τοῖσιν οὔροισι, τούτοισι τὴν ἀρχὴν φύματα ἐγένετο πρὸς τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ καὶ διεπύησεν. ἔπειτα δὲ οὐ ταχέως ῥαγέντων τῶν φυμάτων πῶροι συνεστάθησαν ἐκ τοῦ πύου, οἵτινες ἔξω θλίβονται διὰ τῶν φλεβῶν σὺν τῷ οὔρῳ εἰς τὴν κύστιν. αὕτη μὲν οὖν ἡ Ἱπποκράτειός ἐστι ῥῆσις, οὐκ ἀδύνατον δὲ ἑκατέρως γίνεσθαι τοὺς ἐν τοῖς νεφροῖς λίθους κατά τε τὸν ἄρτι εἰρημένον τρόπον καὶ τὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν, καθ' ὃν ἐν ταῖς κοιλίαις αὐτῶν ἔφαμεν, ἐξοπτώμενον ἐν τῷ χρόνῳ καὶ ξηραινόμενον

concrefcere arbitrantur, in folo per urinarios meatus transitu laborantes dolere ajunt. At quicunque in ipfa renum carne calculos creari fibi perfuaferunt, non folum inter exeundum, verum etiam creationis tempore eo in loco dolorem ipfos inferre teftantur; deinde et quando in renum finus pervadunt. Calculos autem in renum carnibus generari, proportione tophis in articulorum morbo genitis refpondentes, orationem in teftem adducunt ex libro de natura hominis et victus ratione ita fe habente. Quibuscunque arenofum fubfidet aut tophi in urinis, iftis ab initio tubercula fecundum venam craffam orta funt et fuppuraverunt. Poftea vero non celeriter ruptis tuberculis, tophi ex pure concreti funt, qui foras per venas cum lotio in veficam traduntur. Haec eft fane Hippocratica narratio. Caeterum renum calculi utroque fieri modo poffunt et nuper dicto et eo, quem paulo ante declaravimus, quum in ipforum finibus temporis intervallo exuftum arefactumque craffum et vifcidum humorem ad

παχὺν καὶ γλίσχρον χυμὸν, εἰς πωρώδη σύστασιν ἀφικνεῖσθαι. κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἐάν τ' ἔμφραξις ᾖ κατ' αὐτοὺς ἐάν τε μετρία φλεγμονὴ, βάρους μᾶλλον, οὐκ ὀδύνης αἴσθησις γίνεται, καθάπερ κἀν τῷ ἥπατι διὰ τὸ βραχυτάτων νεύρων, ὥσπερ τοὺς νεφροὺς, οὕτω καὶ τὸ ἧπαρ μετέχειν, τὰς δ' ὀδύνας ἐν τοῖς νεφροῖς μάλιστα γίνεσθαί φησι, καθ' ὃν χρόνον πληροῦνται σίτου. δύο δὲ σημαινούσης τῆς σῖτος φωνῆς παρ' αὐτῷ, καθ' ἑκάτερον τῶν σημαινομένων ἀληθὴς ὁ λόγος ἐστίν. ἐάν τε ἐπὶ τῶν ἐσθιομένων ἀκούηται σιτίων, ἐξ ὧν αἵματος ἀθροίζεται πλῆθος, ἄν τ' ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς ἐντέροις περιττωμάτων τῆς τροφῆς. ὀνομάζει γάρ ποτε καὶ ταῦτα σῖτα, ὡς ἐν τοῖς περὶ διαίτης ὀξέων. οἷσι γὰρ, φησὶν, ἐγκατακέκλεισται σῖτος τοῖς ἐντέροις, ἢν μή τις ὑποκενώσας τὴν γαστέρα τὸ ῥόφημα δοίη, βλάψει μεγάλως. ἡ μὲν οὖν διὰ τὸ οὕτω λεγόμενον σῖτον ὀδύνη γινομένη κατὰ τοὺς νεφροὺς, ἐπὶ τὸ θλίβεσθαί τε καὶ βαρύνεσθαι πρὸς τὸ πλήθους τε καὶ βάρους τοῦ πε-

tophi fpiffitudinem redigi afferebamus. Eodem quoque tempore fi obftructio aliqua in ipfis fiat aut mediocris phlegmone, gravitatis magis quam doloris fenfu efficitur, quemadmodum et in jecore, propterea quod ut renes, ita et jecur perexiguis nervis praeditum eft. Dolores autem eo potiffimum tempore in renibus excitari dicit, quod replentur cibo. Quumque duo ab hac voce, *cibus*, apud ipfum fignificentur, in utroque fignificato veridica oratio eft, five de affumptis cibariis, ex quibus fanguinis multitudo creatur, five de alimenti recrementis, quae in inteftinis colliguntur, intelligas: nonnunquam enim et ita cibos nuncupat, ut in libro de ratione victus in acutis, ita inquiens: Quibus enim cibus in inteftinis occlufus eft, nifi quis alvum prius ducens forbitionem dederit, vehementer laedet. Dolor itaque a cibo ita fignificante excitatus in renibus, qui multitudine pondereque excrementorum premantur onerenturque, fimulatque ifta deleta expulfaque fuerint, remittitur atque plane finitur. At dolor

ριττωμάτων, εὐθέως ἅμα τῷ διαχωρῆσαι κάτω ταῦτα, καθίσταταί τε καὶ παύεται τελέως. ἡ δ᾽ ἐκ τοῦ κατὰ τὰς φλέβας ἀθροισθέντος πλήθους, ὅταν εἰς τοὺς νεφροὺς κατασκήψῃ, κἂν φλεβοτομηθῶσιν, οὐκ εὐθέως λύεται, διά τε τὸ πυκνὸν τῆς τῶν νεφρῶν οὐσίας καὶ ὅτι διὰ πολλῶν αὐτοῖς ἐπικειμένων σωμάτων, ἡ τῶν ἔξωθεν ἐπιτιθεμένων βοηθημάτων ἀφικνουμένη δύναμις ἐκλύεται. λύει (448) δὲ αὐτῆς τὰς ὀδύνας οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ διὰ τῆς ἄνω γαστρὸς ἔκκρισις, ἣ γίνεται κοινόν τι σύμπτωμα τοῖς κῶλον πάσχουσι καὶ νεφρόν. καὶ γάρ τοι καὶ συνεχῶς οἱ νεφροὶ τῷ κώλῳ καὶ τὸ κῶλον τοῖς νεφροῖς συνάπτονται αὐτὰ τοῦ περιτοναίου, κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν οἱ ἔμετοι φλεγματώδεις γίνονται. τοιοῦτος γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ γεννᾶται χυμὸς ὡς τὸ πολὺ διὰ πλῆθος σίτου, καὶ μᾶλλον ἐὰν παχέα ταῦτα καὶ φύσει φλεγματωδέστερα τύχῃ· ἐὰν δὲ αὐξάνηταί τε καὶ παραμένῃ τὰ πάθη, προσγίνεται τοῖς οὕτω πάσχουσι ἰώδης ἔμετος, ἐπί τε ταῖς ὀδύναις καὶ ταῖς ἀγρυπνίαις διαφθειρομένου τοῦ αἵματος, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν [368] ἅμα τούτοις

ex ſanguine in venis contracto proveniens, quando in renes incubuerit, etiamſi venam caecideris, haud illico diſcutitur et ob renum corporis denſitatem et quoniam ob multa ipſis ſuperinjecta corpora exterius appoſitorum remediorum facultas ad renes jam debilior affecta pervenit. Solvit autem ipſorum dolores non id ſolum, verum etiam et per ſuperiorem ventrem facta excretio, quam tam coli, quam renum dolore vexatis commune quoddam ſymptoma eſt: continenter enim renes laxo inteſtino et laxum inteſtinum renibus per tunicam peritonaeum vocatam copulantur. Inter initia itaque pituitoſi vomitus fiunt: hujusmodi enim ſuccus in ventriculo creatur plerumque ex ciborum multitudine, ac multo magis, ſi iſti craſſi naturaque pituitoſiores exſtiterint. Quod ſi increſcant perſeverentque affectus, iis ita patientibus vomitus aeruginoſus ſupervenit, ob dolores ac vigilias corrupto ſanguine, idque maxime quum una febricitaverint et in-

πυρέξωσι καὶ ἀσιτήσωσι. καὶ ῥᾴους μὲν, φησὶν, ἐπὶ τοῖς ἐμέτοις γίνονται, παύονται δὲ τῶν παροξυσμῶν, οὐ γὰρ δὴ τῆς γε διαθέσεως, ὅταν σίτων κενωθῶσιν. ἑκατέρως δὲ καὶ νῦν ἔνεστι δέξασθαι τὸ τῶν σίτων ὄνομα καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα καὶ τὰ ἔντερα. ψαμμία δὲ πυῤῥὰ, φησὶν, ὑφίσταται δηλονότι τοῖς οὔροις. καὶ γὰρ καὶ φαίνεται τοῦτο γινόμενον, ἐὰν τὸ πυῤῥὸν ἀκούσῃς τοιοῦτον εἶναι τὴν χρόαν ὁποία καὶ ἡ σανδαράχη καλουμένη· διὸ καί τινες μὲν τῶν ὁμιλησάντων ἐπιμελῶς τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ὀροβοειδεῖς ὑποστάσεις γίνεσθαί φασιν αὐτοῖς, ἔνιοι δὲ σανδαραχώδεις, ἔστι δ' ὅτε καὶ ὄντως πυῤῥάς. αἱ μὲν οὖν πρότεραι δύο καὶ τοῖς ἡπατικοῖς συνεδρεύουσι πάθεσιν, ἡ τρίτη δὲ τοῖς κατὰ τοὺς νεφροὺς, ὥσπερ κἀπειδὰν οἷαίπερ αἱ ψάμμοι κατὰ τὴν χρόαν ὑποστάσεις γίνονται. ἀλλήλων μὲν γὰρ διαφέρει τὰ χρώματα τῶν ὑφισταμένων τοῖς οὔροις τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον. γίνονται δ' ἐξ ὕλης παχείας μὲν καὶ γλίσχρας πάντως, ἤτοι δὲ τὸ παχὺ πλέον ἢ τὸ

edia macerati fuerint. Et melius quidem, inquit, a vomitibus habent; ab acceffionibus quidem liberantur, fed non ab affectu, cum cibis vacuati fint. Utroque autem modo et nunc cibi nomen accipere poffumus, fed potius de ventris inteftinorumque excrementis intelligere debemus. Arenulae autem rufae, inquit, fubfident, hoc eft in urinis: id enim accidere evidens eft, fi rufum colorem talem effe intellexeris, qualis eft et fandaracha quae vocatur. Quapropter et nonnulli in artis operibus diligenter verfati fubfidentias oroboides appellant, hoc eft ervi fimiles; alii fandarachodes, id eft fandarachae colorem referentes; interdum et re vera rufas nominant. Nempe duae priores et jecinoris affectus comitantur; tertia renum morbos fequitur, quemadmodum et quando veluti arenae colore fubfidentiae evadunt. Nam in urinis fubfidentium colores majoris minorisque ratione inter fe differunt, verum ex materia craffa tenacique modo craffitudinem majorem, modo tenacitatem, modo utramque pari-

γλίσχρον ἐχούσης, ἰσάζον πάντως ἀλλήλοις. ἐὰν μὲν οὖν ἐκ φλέγματος γλίσχρου μόνου καὶ παχέος ἡ σύστασις γένηται, τεφρώδης ἐστὶ χρόα, παραπλησία τῇ τοῖς ἄλλοις ὑπαρχούσῃ πώροις, ὅσοι κατά τε τὰ θερμὰ φύσει τῶν ὑδάτων ἐν πολλοῖς χωρίοις ὁρῶνται τοῖς λίθοις ἐπιτρεφόμενοι καὶ ἄλλως ἐν ἀγγείοις ἔνθα θερμαίνεται τὸ ὕδωρ. γένοιτο δ' ἄν ποτε κἀκ τῆς πυώδους ὑγρότητος ἢ μικτῆς ἐκ πυώδους καὶ φλεγματώδους ἐν σώματι ζώου τοιοῦτος πῶρος, ὥσπερ καὶ τοῖς ἀρθριτικοῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς τρόπος τῆς γενέσεως πάντως ἐστὶ τούτοις καὶ τοῖς ἐν νεφροῖς συνισταμένοις λίθοις. ἐὰν μέντοι μιχθῇ τισιν ὀλίγον αἵματος, φλέγματι παχεῖ τε καὶ γλίσχρῳ, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν ἡ χρόα γίνεται τῶν ὑφισταμένων τοῖς οὔροις, ἐνίοτε μὲν οἷον ὠχρόλευκος ἢ ἐρυθρόλευκος ἢ ξανθόλευκος, ἔστι δ' ὅτε καὶ πυῤῥὰ, συντελοῦντος εἰς τὰς τῶν χρωμάτων διαφορὰς καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὸ αἷμα χρώματος. οὐ γὰρ ἀκριβῶς ἐρυθρόν ἐστιν ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ μελάντερον, ἐνίοτε δ' ἐπὶ τὸ ξανθότερόν τε καὶ πυῤῥότερον ῥέπον.

bus omnino portionibus habente, plane fiunt. Itaque fi ex fola pituita craffa et vifcida fubfidentia facta fit, color cinereus erit, aliorum tophorum colori fimilis, qui in aquis fponte calidis multis in regionibus lapidibus adnafci accrefcereque cernuntur, et in vafis alioqui, ubi aqua calefit. Quin etiam in animalis corpore ex purulento humore et ex purulento pituitofoque compofito, hujusmodi tophus nonnunquam creari poteft, quemadmodum et in articulorum morbis accidere confuevit: eodem enim prorfus modo in his et renum affectibus lapides concrefcunt. At fi quibusdam parum fanguinis cum pituita craffa lentaque miftum fit, urinarum fubfidentiae color pro fucci majore copia evadet, nonnunquam veluti ex pallido alboque miftus aut ex rubro et albo aut ex flavo et albo. Nonnunquam vero et rufus erit et ipfo fanguinis colore ad colorum differentias faciente; neque enim fanguis hominibus exquifite ruber femper eft, fed interdum quidem ad atrius, interdum ad flavius et rufius vergit. Aut igi-

Ed. Chart. IX. [368.] Ed. Baf. V. (448.)

ἢ τοίνυν ἁπάσας ἃς εἶπον ἄρτι διαφορὰς τῶν χρωμάτων πλὴν τῆς τεφρώδους, ἡγητέον ὑπὸ τῆς τοῦ πυῤῥὸν δηλοῦσθαι φωνῆς, εἰπόντος αὐτοῦ, ψαμμία πυῤῥὰ ὑφίστασθαι, ἢ τὸ προκείμενον τὸ αἱματῶδες ἀπὸ κοινοῦ δεκτέον εἰρῆσθαι. λέγω δὴ τό ποτε. ὥσπερ γὰρ αἱματῶδες αὐτοῖς φαίνεταί ποτε γινόμενον τὸ οὖρον, οὔτε διὰ παντὸς οὔτ᾽ ἐπὶ πάντων τῶν νεφριτικῶν ὑπάρχον τοιοῦτον, παραπλησίως καὶ ψαμμία ποτὲ φαίνεται πυῤῥὰ τοῖς οὔροις ὑφιστάμενα. δέδεικται μὲν γὰρ ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἕλκων εἰς ἑαυτὸν ὁ νεφρὸς ὅσον ἐν ταῖς φλεψὶν ὀῤῥῶδές τε καὶ λεπτὸν ἀναμέμικται τῷ αἵματι. τῶν δὲ ἐς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ διηθούντων τὸ τοιοῦτον πῶρον ἐπὶ πλέον ἀναστομωθέντων, συνδιηθεῖταί τι καὶ τῶν παχυτέρων. ὅταν οὖν τοῦτο θερμαινόμενον ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ νεφροῦ πωροειδῆ λάβῃ σύστασιν, ἐὰν μὲν ἡ τῶν νεφρῶν ἀποκριτικὴ δύναμις διώσηται πᾶν αὐτὸ σὺν τοῖς οὔροις, αἱ ψαμμώδεις ἐν αὐτοῖς ὑποστάσεις γίνονται. ἐὰν δὲ ἐμπεπιλημένον τε καὶ δυσαπόλυτον ᾖ τῇ κοιλίᾳ τοῦ νεφροῦ, δε-

tur omnes, quas modo recenfui, colorum differentias praeter cinereum ab hac voce, rufum, fignificari putandum eft, ipfo dicente arenulas rufas fubfidere aut adjectam illam vocem, fanguinem ex communi fenfu dictam fuiffe accipiendum eft. Dico autem nonnunquam, quemadmodum enim cruentum ipfis interdum lotium emittitur, non femper tamen neque in omnibus renum affectibus, pariter et interdum arenulae rufae in urinis fubfidentes apparent. In commentariis namque de naturalibus potentiis, quicquid in venis ferofi tenuisque cum fanguine permiftum eft, renem ad fe ipfum attrahere demonftravimus, meatibus autem id in renis ventriculum percolantibus latius patefactis, aliquid etiam ex craffioribus fuccis illabitur. Quando igitur iftud calefactum in renis cavo ad tophi confiftentiam redactum fuerit, fi renum vis expulforia omne id una cum lotio extruferit, arenofae in ipfo fubfidentiae fiunt; quodfi renis cavo impactum tenacius in-

χομένου ἑαυτῷ τι παραπλήσιον ἕτερον ἐκ τῆς κοίλης φλεβὸς, ἐπὶ πλέον αὐξάνεται. περιπλάττεται [369] γὰρ ἀεὶ τὸ ἐπιῤῥέον τῷ προϋπάρχοντι, καὶ οὕτως ὁ πῶρος ἀξιόλογος τῷ μεγέθει συνίσταται. τινὲς δὲ εἰρήκασι, διά τι αἷμα οὐροῦσιν; ὅτι ἐπειδὴ ὁ λίθος ἐξιὼν, ὅταν γωνοειδής ἐστι, πλήττει τὰ παρακείμενα μόρια καὶ αἷμα ποιεῖ ἐκκρίνεσθαι. ἐὰν δὲ ἀραιωθῇ μὲν ἡ εἰς τὸν νεφρὸν ἐκ τῆς κοίλης φλεβὸς εἴσοδος, ὑγρὸν δ' ᾖ τὸ αἷμα καὶ μήτε πολὺ μήτε γλίσχρον, αἱματῶδες οὕτω τὸ οὖρον γίνεται. τὴν δ' εἰς τὸ σκέλος διήκουσαν ὀδύνην ναρκώδη διὰ τὴν τῶν ἐπικειμένων ἀγγείων τῇ ῥάχει τῆς κοίλης φλεβὸς καὶ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας πρός τε τοὺς νεφροὺς καὶ τὰ σκέλη κοινωνίας ἡγητέον γίνεσθαι. μέγισται γὰρ ἐπ' αὐτοὺς τοὺς νεφροὺς ἀποπεφύκασι, μεθ' ἃς οὐ μεγάλαι τινὲς ἐν ὀσφύϊ, κἄπειθ' ἑκάτερον τῶν ἀγγείων διχῇ σχισθὲν εἰς ἑκάτερον ἀφικνεῖται τῶν σκελῶν, εἰς ὅλον αὐτὸ διανεμόμενον. ὅσοι δὲ διὰ τῶν οὐρητήρων ἢ τινων ὑμένων ἢ νεύρων ἢ καὶ τοῦ περιτοναίου λέγουσι κοινωνίαν εἶναι τοῖς νεφροῖς πρὸς τὰ

haerefcat, aliquid aliud ejusdem materiae ex vena cava fufcipiens fibique apponens, plus augetur, femper enim quod recens influit, priori circumaffigitur, atque ita infigni magnitudine tophus grandefcit. Verum nonnulli inquiunt, cur fanguinem mejunt? quoniam calculus egrediens quum angulofus fit, proximas particulas vulnerat et cruorem evocat. Quod fi ex vena cava in renem pertinens meatus patentior fiat, fanguis autem liquidus fit, neque multus, neque vifcidus, cruentum ita lotium redditur. At dolorem ftupidum in crus defcendentem propter vaforum dorfo incumbentium, cavae fcilicet venae magnaeque arteriae cum renibus et cruribus conjunctionem, ortum habere putandum eft. Maximae namque in ipfos renes expullulant; poft eas quaedam haud magnae in lumbos inferuntur: poftea utrumque conceptaculum bipartito divifum in utrumque crus delabitur per ipfumque totum diftribuitur. Quicunque vero per meatus urinarios aut quasdam membranas aut nervos vel etiam peritonaeum cum cruri-

σκέλη, παντάπασιν ἀπείρως ἔχουσιν ἀνατομεῖν. τὰ μὲν οὖν συμβαίνοντα τοῖς νεφριτικοῖς ἄχρι δεῦρο τοῦ λόγου διῆλθεν ὁ Ἱπποκράτης. ἐφεξῆς δὲ περὶ τῆς ἰάσεως αὐτῶν γράφει κατὰ τὴν ἐχομένην ῥῆσιν. ἐλιννύειν οὐ συμφέρει, ἀλλὰ γυμνάσια, μὴ ἐμπίπλασθαι, τοὺς νέους ἐλλεβορίζειν, ἰγνύην τάμνειν, οὐρητηροῖσι καθαίρειν, λεπτῦναι καὶ ἁπαλῦναι. ὑποτύπωσιν ἑαυτῷ διὰ κεφαλαίων ἐν τῇδε τῇ ῥήσει πεποίηται τῆς τῶν νεφρῶν ἰάσεως. τὰ μὲν κοινὰ πάσης ἡλικίας τε καὶ σώματος ἕξεως γράψαι, τὰ δὲ ἴδια νέων τε καὶ ἰσχυρῶν. ἔστι δὲ κοινὰ τὰ μὲν πρῶτα γεγραμμένα, τό τ' ἐλιννύειν, ὅπερ ἡσυχίαν ἄγειν δηλοῖ καί φησιν αὐτοῖς ἀσύμφορον εἶναι, καὶ τὰ γυμνάσια. ταῦτα γὰρ ἡγεῖται συμφέρειν, ὡς ἂν δηλονότι καὶ τὸ πλῆθος κενοῦντα καὶ τὸ φλεγματῶδές τε καὶ παχὺ καὶ ἄπεπτον ἅπαν εἰς πέψιν τε ἄγοντα καὶ λεπτύνοντα καὶ ῥωννύντα τὰ μόρια τοῦ σώματος ἅπαντα. νοῆσαι δέ σε χρὴ νῦν αὐτὸν λέγειν, οὐ πάντως τὰ μεγάλα γυμνάσια, ὡς ἱππασίας ἢ ὁπλομαχίας ἢ τὸ πα-

bus fociari affeverant, diffecandorum corporum plane imperiti funt. Quaenam igitur renum laborantibus accidant, haectenus narravit Hippocrates. Deinceps vero de ipforum curatione hifce verbis loquitur: quiefcere non conducit, fed exercitationes, non impleri, juvenes veratro purgare, poplitem caedere, urinariis evacuare, tenuare et mollire. Sibi ipfi formulam quandam renum curationis hifce verbis per capita conftituit, nonnulla quidem omnis aetatis corporisque habitus communia, nonnulla juvenum et robuftorum proprie fcribens. Communia funt autem quae primo fcripta funt et quiefcere, quod ipfe *ἐλιννύειν* vocat, quod otiofe vivere fignificat, quod ipfis non conducere ait, et exercitationes; has enim conducere arbitratur tanquam multitudinem evacuantes et pituitofum, craffum immaturumque omnem ad maturitatem ducentes et attenuantes et corporis omnes particulas roborantes. Sed te animadvertere oportet, ipfum non prorfum magnas exercitationes in praefentia dicere, veluti equitationes aut

λαίειν ἢ παγκρατιάζειν ἢ σκάπτειν ἤ τι τοιοῦτον πράττειν ἕτερον, ἀλλ' ἅπασαν ἁπλῶς κίνησιν ἥτις ἂν ἱκανὴ διαπονῆσαι τὸ σῶμα κατὰ ἀναλογίαν τῆς θ' ἡλικίας καὶ τῆς ἕξεως καὶ τῆς ῥώμης τοῦ νεφριτικοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἐμπίπλασθαι κοινὸν ἁπάσης ἡλικίας καὶ σώματος ἕξεώς ἐστι παράγγελμα. τὰ δὲ ἐφεξῆς τοῦδε τοῖς νέοις, ὡς αὐτὸς εἶπεν, ἁρμόττοντα γράφει λέγων ὧδε· τοὺς νέους ἐλλεβορίζειν, ἰγνύην τάμνειν. ἐλλεβορίζειν μὲν ἐὰν πάνυ χρόνιον ᾖ τὸ πάθος καὶ ὡς ἂν εἴποι τις μοχλείας δεόμενον, εἰς ταῦτα γὰρ ἐλλεβόρῳ χρώμεθα. φλεβοτομίαν δὲ ἐπὶ τῶν αἷμα πλέον ἢ παχὺ κατὰ τὰς φλέβας ἠθροικότων. εἰ δὲ ἀμφοῖν αὐτὸς ἄνθρωπος δέοιτο τῶν βοηθημάτων, εὔδηλόν ἐστιν ὡς ἀπὸ φλεβοτομίας ἀρκτέον ἐστί. ἔμαθες δ' ὅτι τὰ μὲν ἄνω τοῦ ἥπατος μόρια τῆς ἀπ' ἀγκῶνος δεῖται φλεβοτομίας, τὰ δὲ κάτω, ἀπὸ τῶν σκελῶν ἐν ταῖς ἰγνύαις τεμνόντων ἡμῶν τὰς φλέβας ἢ πάντως γε παρὰ τὰ σφυρά. τὸ δ' ἐφεξῆς εἰρημένον, οὐρητικοῖσι καθαίρειν, ἐπὶ πάντων ἐστὶ χρήσι-

armis aut lucta aut pancratio certare aut humum fodere aut id genus aliud facere; fed omnem abfolute motionem, quae pro aetatis, habitus roborisque renibus aegrotantis ratione corpus exercere valeat. Verum etiam non impleri, cujusque aetatis et corporis habitus commune documentum eft. Quae fequuntur, juvenibus, ut ipfe ait, congruentia fcribit, ita dicens: Juvenes veratro purgare, poplitem incidere. Veratro quidem purgare, fi valde antiquus affectus fit et ceu vectibus, ut ita dixerim, extrudendus: ad hujusmodi enim morbos veratro utimur; venam autem caedere, ubi fanguis aut multus aut craffus in venis abundet. Quodfi utroque auxilio ipfe homo indigeat, a venae fectione incipiendum effe patet. Alias autem didicifti, membra fupra jecur cubiti venae fectionem poftulare; infra vero crurum, in poplitibus venas nobis caedentibus aut omnino faltem juxta malleolos. Quod deinceps dixit: urinariis mundare omnibus utile eft,

μον, οὐχ (449) ἁπλῶς δὲ εἶπεν οὐρητικοῖς χρῆσθαι δεῖν, ἀλλὰ προσθεὶς τὸ καθαίρειν ἐνεδείξατο τὸν τρόπον τῆς ἀπ' αὐτῶν γινομένης ὠφελείας, ἐκκαθαιρόντων οὐ μόνον τὰ κατὰ τοὺς νεφροὺς ἐμπεπλασμένα γλίσχρα καὶ παχέα, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ τὰ κατὰ τὰς φλέβας [370] ἐμφερόμενα τῷ αἵματι παρὰ φύσιν. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῆς ῥήσεως εἰρημένον, λεπτῦναι, χρήσιμόν ἐστιν ἅπασι τοῖς νεφριτικοῖς, ὅσους τε παρασκευάζομεν εἰς ἐλλεβόρου λῆψιν, ὅσους τε χωρὶς τούτου καὶ διὰ φλεβοτομίας θεραπεύομεν ἢ καὶ μετὰ τὴν τούτου προσαγωγήν. εἴρηται δὲ τὸ μὲν λεπτῦναι περὶ τῶν χυμῶν, τούτοις γὰρ προσήκει λεπτῦναι, τὸ δὲ ἁπαλῦναι περὶ τῶν στερεῶν. ἑκάτερον γὰρ χρήσιμον ἐπὶ τῶν τὸν ἐλλέβορον ληψομένων εἰς τὸ τῆς καθάρσεως ἀκίνδυνον. ἐὰν οὖν ἄνευ τοῦ προλεπτῦναι τοὺς χυμοὺς ἢ τὰ σώματα μαλακῦναι δι' ὧν ὁ ἔμετος καὶ πρὸς τὰς ἐντάσεις καὶ τοὺς σπαραγμοὺς εὐάγωγα παρασκευάσαι δῶμεν ἐλλέβορον, εἰς κίνδυνον ἄξομεν πνιγμοῦ, διὰ τὸ πάχος τῶν χυμῶν, ἤτοι δὲ σπασθήσεται διὰ τὸ σκληρὸν ἐν τοῖς σπαραγμοῖς ὁ κα-

neque ſimpliciter dixit urinariis utendum eſſe, ſed hoc verbum, mundare, adjiciens modum adjumenti ab ipſis provenientis declaravit, non ſolum tenacia et craſſa renibus inhaerentia purgantibus, verum etiam cum ipſis et ea, quam in venis praeter naturam ſanguini miſta innatant, educentibus. Quod autem in calce narrationis dictum eſt, tenuare, omnibus renum vitio laborantibus uſui eſt et quos ad veratri ſumptionem praeparamus et quos ſine hoc per ſanguinis miſſionem curamus vel etiam poſt ejus aſſumptionem. Dictum eſt autem, tenuare, de humoribus; hos enim tenuare convenit; mollire, de membris ſolidis; ſiquidem utrumque veratrum hauſturis percommodum eſt, ut tuto purgatio fiat. Igitur niſi humores pertenuati fuerint et membra, per quae ſit vomitus, mollia reddita ſint et ad diſtentiones detractionesque, antequam demus veratrum, tractabilia effecta, in ſuffocationis diſcrimen, ob humorum craſſitiem aegrum adducemus aut nervorum convulſiones in vellicationibus, ob membrorum in dila-

θαιρόμενος ἢ ἀγγεῖόν τι ῥήξει. καὶ χωρὶς δὲ τοῦ διδόναι τὸν ἐλλέβορον ἄριστόν ἐστι τοὺς μὲν χυμοὺς λεπτοὺς εἶναι, μαλακὰ δὲ πρὸς τὴν διέξοδον αὐτῶν ἐπιτήδεια τὰ τῶν νεφρῶν σώματα. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ γεννηθήσεταί ποτε λίθος ἐν αὐτοῖς, ἐὰν ἀμφότερά τις αὐτὰ διαφυλάττῃ.

ζ'.

Γυναικεῖα τῇσιν ὑδαταινούσῃσιν ἐπὶ πολὺ παραμένει, ὅταν δὲ μὴ ταχὺ ἴῃ, ἐποιδέει.

Ὑδαταινούσας ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τὰς ἐχούσας ἐπιτηδείως ἁλῶναι τῷ κατὰ τὸν ὕδερον πάθει, τινὲς δὲ τὰς φύσει λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες ἐχούσας αἷμα. δυνατὸν δέ ἐστιν ἐπ' ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι τοῦ λελεγμένου καὶ μᾶλλόν γε ἐφ' ὧν φύσει τὸ αἷμα λεπτόν ἐστι, μηδεμιᾶς νοσώδους διαθέσεως ἑτέρας ὑποτρεφομένης ἐν τῷ σώματι. ταύταις γὰρ ἡ ἔμμηνος κάθαρσις, ἣν γυναικεῖα κέκληκεν, ἐπὶ πολὺ παραμένει.

tando duritiam quae purgatur, capietur aut vafculum aliquod dirumpetur. Quin etiam licet veratrum non praebeatur, optima res eft humores tenues effe et renum ipforum corpora mollia, ut per ipfa tranfire facile humores poffint: nam ab initio neque calculus in ipfis unquam generabitur, fi quis haec ambo diligenter obfervet.

VII.

Muliebria aqua laborantibus diutius perfeverant; quum vero non celeriter prodeant, tumores efficiunt.

Aqua laborantes nonnulli intelligunt eas, quae ut aqua inter cutem corripiantur, idoneae funt; nonnulli eas, quae tenuem naturaliter aquofumque fanguinem habent. Poteft autem et de utrisque dictum effe intelligi, fe magis de illis quarum fanguis natura fubtilis eft, nullo alio morbofo affectu corpus infeftante: in iftis enim menftrua purgatio, quam muliebria vocavit, *diu* permanet.

διττὸν γάρ ἐστι καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐπὶ πολὺ δυνάμενον ἀκούεσθαι, τὸ μὲν ἕτερον ἐπὶ τῶν ἡμερῶν ἐν αἷς αἱ τοιαῦται γυναῖκες καθαίρονται, τὸ δὲ ἕτερον ἐπὶ τῆς ἡλικίας αὐτῶν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἡμερῶν ἀκουόμενον, δηλώσει πλείοσιν ἐφεξῆς ἡμέραις καθαίρεσθαι ταύτας τῶν ἄλλων γυναικῶν, ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας ἄχρι πλειόνων ἐτῶν. ὄντως γὰρ ἀθροίζεται ταύταις πολὺ καὶ λεπτὸν αἷμα, καθάπερ ταῖς ἐναντίως διακειμέναις ὀλίγον τε καὶ παχύ. λευκαὶ μὲν οὖν εἰσὶν αἱ πρότεραι καὶ μαλακαὶ, μέλαιναι δὲ καὶ σκληραὶ καὶ λεπταὶ τοὐπίπαν αἱ τὸ μελαγχολικώτερον αἷμα γεννῶσαι, καὶ πρόδηλον ὅτι ταῖς ἐξ ἀρχῆς κράσεσιν ἐναντίως ἔχουσιν. αἱ μὲν γὰρ ὑδαταίνουσαι νῦν ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγόμεναι τῆς ὑγροτέρας τε καὶ ψυχροτέρας, αἱ δ᾽ ἐναντίαι τῆς ξηροτέρας τέ εἰσι καὶ θερμοτέρας κράσεως. ἐὰν δὲ κατὰ πάθος ὑδαταίνωσιν, οὐ πάσαις καταμήνια πλείοσιν ἡμέραις γίνεται. ἐνίοτε γὰρ αὐτὸ τὸ [371] ἐπέχεσθαι τοῦ πάθους αὐταῖς αἴτιον γίνεται. πάλιν δὲ τὸ ἐπέχεσθαι δι᾽ ἐμφραξίν τε τῶν κατὰ τὴν μήτραν στομάτων γίνεται καὶ διὰ πά-

Dupliciter enim et id ipſum diu intelligi poteſt aut de diebus, quibus ejusmodi mulieres purgantur aut de ipſarum aetate; ſi de diebus intelligas, ſignificabit, pluribus deinceps diebus iſtas, quam alias mulieres purgari; ſi de aetate, per plures annos menſtrua excrementa durare: nam revera in iſtis multus tenuisque ſanguis colligitur, quemadmodum contrario modo affectis paucus et craſſus. Albae quidem ſunt priores et molles, nigrae autem durae et graciles omnino eae, quae atrabilarium ſanguinem procreant, clarumque eſt iſtas ab initio contrariis inter ſe temperaturis conſtare: nam quae ab ipſo nunc aqua laborantes vocantur, humidioris ſunt ac frigidioris temperamenti; his contrariae ſiccioris atque calidioris. Quod ſi ex morbo aqua abundaverint, non omnibus menſes pluribus diebus feruntur; interdum enim ipſa ſuppreſſio morbi earum cauſa eſt; rurſus ſuppreſſio ob oſculorum uteri ob-

χος τοῦ αἵματος. ὅθεν ἔνιοι τῶν ἀξιούντων ἐπὶ τῶν κατὰ πάθος ὑδαταινουσῶν τὸν λόγον εἶναι τῷ παραμένει ῥήματι κατὰ τὴν τελευταίαν συλλαβὴν προσθέντες τὸ ν' γράφουσι, γυναικεῖα τῇσιν ὑδαταινούσῃσιν ἐπὶ πολὺ παραμένειν, ὑπακοῦσαι κελεύοντες ἡμᾶς τὸ προσῆκον, ὡσεὶ καὶ οὕτως εἰρήκει, γυναικεῖα τῇσιν ὑδαταινούσῃσιν ἐπὶ πολὺ χρὴ παραμένειν, ἵνα συμβουλευτικός τε καὶ θεραπευτικὸς ὁ λόγος ᾖ, τοῦ γινομένου μόνον ἐπ' αὐτοῦ περιέχων διήγησιν. ὁμολογεῖν δὲ τούτῳ φασὶ καὶ τὸ κατὰ τὴν τελευτὴν εἰρημένον, ὅταν δὲ μὴ ταχὺ ἴῃ, ἐποιδέει. βούλεσθαι γὰρ αὐτὸν ὥσπερ ἐν πλείοσιν ἡμέραις, οὕτως καὶ δι' ὀλίγου χρόνου καθαίρεσθαι τὰς τοιαύτας γυναῖκας, ἐπειδὴ βραδυνόντων τῶν καταμηνίων οἰδήματα γίνεται, καίτοι τοῦτο κἀπὶ τῶν ὑδατῶδες ἐχουσῶν αἷμά φησι συμβαίνειν. καὶ γὰρ καὶ ταύταις αἱ σάρκες ὑδατωδέστεραι γίνονται, μὴ κατὰ προθεσμίαν ἀπαντώσης τῆς καθάρσεως.

---

ftructionem fanguinisque craffitiem efficitur. Quapropter nonnulli arbitrantes dictum hoc de mulieribus ex morbo aqua abundantibus accipiendum effe, loco verbi permanent permanere legunt, fic muliebria aqua laborantibus permanere diu, fubintelligere nos, conveniens, jubentes, ac fi ita dixiffet, muliebria aqua laborantibus diu convenit permanere, ut confultorius juxta et curatorius fermo fit, ejus tantum, quod fit, narrationem in fe continens. Huic fententiae confentire ajunt id, quod in calce fermonis dictum eft, quum vero celeriter non ferantur, intumefcunt. Velle enim ipfum dicunt, pluribus diebus, ita et brevi tempore, hujusmodi mulieres expurgari, quoniam tarde exeuntibus menftruis purgamentis tumores fiunt. Atqui hoc etiam et in habentibus aquofum fanguinem contingere ait; iftis etenim carnes aquofiores generantur, haud ftatis temporibus accedente purgatione.

η΄.

Ἐν Κρανῶνι αἱ παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραὶ, αἱ δὲ νεαραὶ θερμαί. αἵματι δὲ αἱ πλεῖσται καὶ τὰ ἀπὸ ἰσχίου ψυχρά.

Καὶ ταῦτα ἑαυτῷ φαίνεται γεγραφὼς ὁ Ἱπποκράτης ἀναμνήσεως ἕνεκεν ἐν κεφαλαίῳ βραχεῖ, διὸ καὶ ἀσαφέστερος ὁ λόγος ἐστίν. ἄδηλον γὰρ εἴτε ὀδύνας μόνον ἐν Κρανῶνι γεγονέναι φησὶ καὶ ταύτας ἤτοι κατὰ τὴν κοιλίαν ἢ καὶ ἄλλο τι μέρος, εἴτε ὀδυνώδη πάθη. τὸ δ᾽ οὖν τὰς μὲν παλαιὰς ὀδύνας ψυχρὰς γενέσθαι, τὰς δὲ νεαρὰς θερμὰς καίτοι δοκοῦν σαφῶς εἰρῆσθαι, περιέχει καὶ αὐτό τινα ἀσάφειαν· ἤτοι γὰρ παλαιὰς λέγει τὰς πάλαι γεγονυίας ἢ τὰς χρονιζούσας, ὥσπερ γε καὶ τὰς νεαρὰς ἤτοι τὰς νῦν συνισταμένας ἢ τὰς ταχέως παυομένας καὶ ψυχρὰς, ἤτοι τὰς ψύξεως αἴσθησιν φερούσας ἢ τὰς ἀπὸ τῶν θερμαινόντων παρηγορουμένας. ὡσαύτως δὲ καὶ θερμὰς ἤτοι τὰς θερμότητος αἴσθησιν ἐχούσας ἢ παρηγορουμένας ὑπὸ

VIII.

Cranone vetuſti dolore frigidi, recentes calidi. Eorum plerique a ſanguine creabantur. Quae etiam ab iſchio exoriebantur pathemata, frigida.

Haec quoque ſibi ipſi ſcripſiſſe videtur Hippocrates reminiſcentiae cauſa ſub brevi compendio, propter quod et obſcurior oratio eſt. Dubium eſt enim, doloresne tantum in Cranone factos fuiſſe dicat, eosque in ventrene an etiam in alia quapiam parte, an vero affectus cum dolore conjunctos. Illud autem antiquos dolores frigidos eſſe, novos autem calidos, etſi clare dictum eſſe videatur, obſcurum tamen nonnihil atque ambiguum eſt. Aut enim antiquos dicit, qui jam pridem excitati fuerunt aut diu perſeverantes, quemadmodum et recentes aut nunc excitatos aut cito deſinentes et frigidos aut frigoris ſenſum inferentes aut qui a calidis mitigantur; pariter et

τῶν ψυχόντων. ἔνιοι δὲ ψυχρὰς μὲν εἰρῆσθαί φασι τὰς βραχείας, θερμὰς δὲ τὰς μεγάλας, οὐ συνήθως τοῖς Ἕλλησιν ἀκούοντες τῶν σημαινομένων. ἐν τίνι δὲ τοῦ ἔτους ὥρᾳ ὁ Ἱπποκράτης ταῦτα ἔγραψεν ἀγνοοῦντες ἡμεῖς οὐδὲ περὶ τοῦ πότε συνέστησαν ἢ πῶς ἢ μέχρι πόσου παρέμειναν αἱ ὀδύναι δυνάμεθα σαφῶς εὑρεῖν. τὸ δ᾽ οὖν τὰς νεαρὰς μὲν αὐτῷ αἵματι γίνεσθαι τοὐπίπαν ἐν ἴσῳ, τοῦ ὑφ᾽ αἵματος θερμοῦ τε δηλονότι καὶ πολλοῦ, ἐπὶ δὲ τῶν παλαιῶν μὴ προσθεῖναι τὸν χυμὸν, ἐνδεικτικόν ἐστι τοῦ τὰς παλαιὰς ὑφ᾽ ἑτέρου τινὸς χυμοῦ γίνεσθαι ψυχροῦ καὶ τὰ ἀπὸ ἰσχίου δὲ ψυχρὰ γεγονέναι φησὶν αὐτοῖς, ἤτοι πάθη λέγων ἢ ἀλγήματα, ψυχροῦ δηλονότι καὶ ταῦτα ἐργαζομένου χυμοῦ. θαυμάσαι [372] δ᾽ ἐστὶ πολλοὺς τῶν ἐξηγητῶν εἰς μὲν τὰς τοιαύτας ῥήσεις, ἐν αἷς οὐδέν ἐστι βεβαίως εὑρεῖν, ἀναπόδεικτα γράφοντας πολλά. καθ᾽ ἃς δ᾽ ἀποδεῖξαί τι δυνατόν ἐστι καὶ χρησίμως εὑρεῖν, ἤτοι μηδὲν ὅλως

calidos aut caloris fenfum facientes aut qui a frigidis fopiantur. Quidam etiam dolores frigidos vocatos effe dicunt, qui leves funt; calidos, qui vehementes: aut fecundum ufitatum Graecis loquendi morem fignificationes has accipientes. Verum quo anni tempore Hippocrates haec facta fuiffe fcripferit, nos ignorantes, neque etiam quando excitati fint aut quomodo aut quamdiu permanferint dolores, evidenter invenire poffumus. Sed novos quidem dolores prorfus fanguine creatos effe idem eft, ac fi dixiffet ex fanguine calido videlicet ac multo; at de antiquis doloribus loquens quum fuccum non adjecerit, fignum eft ab altero quodam fucco frigido ipfos ortos fuiffe et ea quae ex coxendice frigida ipfis oborta effe ait, ut affectus dicens aut dolores, frigido fcilicet et iftos humores concitante. At multos explanatores demirari licet in hujusmodi locutiones, de quibus nihil affirmari poteft, multa fine demonftratione fcribentes; ubi vero aliquid demonftrari et utiliter inveniri poteft aut nihil penitus

γράφοντας ἢ βραχέα καὶ ἀναπόδεικτα, καθάπερ προστάγματα.

θ'.

Τὰ ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ ἰόντα οὐ πάνυ τι πρηΰνεται, ἀλλ' ἐγγὺς ἀκμῆς.

Οὕτως ἴσασιν γεγραμμένην τὴν ῥῆσιν οἱ παλαιότεροι τῶν ἐξηγητῶν. οἱ δὲ νεώτεροι πρὸς τὸ σαφέστερον ὑπαλλάξαντες αὐτὴν ὧδέ πως γράφουσι· τὰ ῥίγεα ἰσχυρὰ ἐόντα οὐ πάνυ τι πρηΰνεται, ἀλλ' ἐγγὺς ἀκμῆς. καὶ βούλονται τὴν λέξιν τήνδε διδάσκειν ἡμᾶς, ὅσα τοῖς νοσοῦσιν ἰσχυρὰ γίνονται ῥίγη, μὴ πάνυ τι ταῦτα πραΰνεσθαι καὶ (450) ἄλλον τινὰ καιρὸν τῆς νόσου, ἀλλὰ μόνον ὅταν ἐγγὺς ᾖ τῆς ἀκμῆς, κατὰ δὲ τὴν προτέραν γραφὴν, τὰ ἐς ῥίγεα ἰσχυρὰ ἰόντα τουτέστι ἀφικνούμενα πάθη, προσυπακοῦσαι γὰρ δεῖ τὸ πάθος, προσήκει αὐτὸν ἀκοῦσαι μὴ πραΰνεσθαι ταῦτα

aut pauca et fine demonftratione tanquam mandata fcribentes.

IX.

Qui affectus ad vehementes rigores procedunt, non admodum nifi prope ftatum mitefcunt.

Ita fcriptum effe hunc fermonem, antiqui explanatores agnofcunt. At recentiores ipfum in clariorem permutantes ita fcribunt, rigores validi exiftentes non admodum mitigantur, fed prope ftatum, hancque locutionem id nos docere volunt, omnes validos in morbo rigores non admodum ullo alio morbi tempore mitefcere, praeterquam quum prope ftatum eft. Secundum priorem autem fcripturam qui in rigores validos tendunt, hoc eft perveniunt affectus, fubintelligendus eft enim affectus, oportet ipfum intelligere, hos ante ftatum non mitefcere. Quidam fanè

πρὸ τῆς ἀκμῆς. ἔνιοι μὲν οὖν ἀκμῆς αὐτὸν μεμνῆσθαί φασι τοῦ ὅλου καιροῦ τοῦ νοσήματος, ἔνιοι δὲ τῆς τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν. ὡς τὸ ῥῖγος, ὅταν ἰσχυρὸν ᾖ, μὴ παυόμενον πρὸ τοῦ πλησιάσαι τὸν τῆς ἀκμῆς καιρόν. φαίνεται μὲν οὖν τοῦτο γινόμενον ἐνίοις καὶ καλοῦμεν αὐτὸ ῥῖγος ἀνεκθέρμαντον, οὐκ ἰσχυρόν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κατὰ τὴν δύναμιν ἰσχυρὸν αὐτὸ φάναι, κακοηθέστερον γάρ ἐστι πολὺ τοῦ σφοδροῦ μὲν ὑπερβάλλοντος, ἐν τάχει δὲ παυομένου. τὴν δ' ὅλην τοῦ νοσήματος ἀκμὴν ἀκούοντί σοι, μάλιστα ἐπὶ τεταρταίων πυρετῶν ὁ λόγος ἐστὶ χρήσιμος. ἐάν τε γὰρ ἅμα ῥίγεσιν ἰσχυροῖς ἐμβάλλωσιν οἱ παροξυσμοὶ, μηδὲν ἐνδιδόντων αὐτῶν, ἀδύνατόν ἐστιν ἤδη τὴν ἀκμὴν ἀπειληφέναι τὸ νόσημα καὶ δηλονότι πολὺ μᾶλλον, οὐδὲ τὴν παρακμὴν ἐλπίζειν χρὴ τοῦ τοιούτου τεταρταίου γενήσεσθαι, πρὶν λωφῆσαι τὸ ῥῖγος, ὥσθ' ὁ λόγος ἐστὶ προγνωστικὸς ἐπὶ τῶν εἰς ῥίγη σφοδρὰ πυρετῶν ἰόντων, ὧν οὐχ οἷόν τε λύσιν γενέσθαι πρὸ τοῦ πραϋνθῆναι τὸ ῥῖγος, καὶ τοῦτο γίνεσθαι πλησίον τῆς ἀκμῆς. συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα

ipfum, ftatus, qui univerfi morbi pars eft meminiffe dicunt; alii vero ejus, qui in privatis exacerbationibus invenitur: ut rigor quum vehemens eft, antequam tempus ftatus adventet, non definat. Id quidem nonnullis evidenter accidit, iftumque appellamus rigorem *anectherman-ton*, Graeco vocabulo, hoc eft calefieri nequeuntem, non validum. Contingit autem et vi rigorem ipfum fortem dicere: multo enim malignior eft, quam qui immodice vehemens fit et celeriter definat. Quod fi univerfae aegritudinis ftatum intelligas, maxime in quartanis febribus fermo ifte utilis fuerit. Nam fi cum validis rigoribus acceffiones invadant, fi nihil remittantur rigores, fieri non poteft ut ad ftatum morbus pervenerit: quin etiam multo minus hujusce quartanae declinationem fore fperandum eft prius, quam rigor fedatus fuerit. Quare fermo prognofticus eft de febribus ad rigores vehementes adfcendentibus, qui prius quam rigor fedatus fit, difcuti nequeunt; id autem prope ftatum efficitur. At id genus rigores ex

ῥίγη διὰ ψυχρὸν πάνυ φλέγμα τὸ ὑαλῶδες ὀνομαζόμενον ἢ τὸν μελαγχολικὸν χυμόν. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῷ ψυχρῷ φλέγματι τὸ δυσεκθέρμαντον, οὐ τὸ σφοδρὸν γίνεται ῥῖγος. ἐπὶ δὲ τῷ μελαγχολικῷ ποτὲ μὲν ἀμφότερα, ποτὲ δὲ θάτερον. ἀλλ' ὁ μὲν τοιοῦτος χυμὸς διὰ τετάρτης φέρει τὸν παροξυσμὸν, ὁ δ' ὑαλώδης τὸν ἀμφημερινόν. οὐδὲν μὴν οἱ ἐξηγηταὶ τῶν τοιούτων διαιροῦσιν. ἀλλ' ἐν οἷς οὐδὲν ὠφελοῦσι τοὺς μαθη- [373] τὰς ἐπὶ πλεῖστον ἐκεῖνα διέρχονται. καὶ γὰρ οὖν καὶ κατὰ τὴν ἑξῆς ῥῆσιν ἰατρικωτάτην οὖσαν ἐλέγχονται τῶν ἀξιολογωτάτων θεωρημάτων οὐδὲν ἐπιστάμενοι.

ι.

Πρὸ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων ἢν ἐκ χρηστῶν ἴωσι καὶ κοιλίη διέλθη καὶ ὕπνοι ἐνίωσιν, ἴσως δὲ καὶ ὁ τρόπος τοῦ πυρετοῦ, ἴσως δὲ καὶ τὰ ἐκ κόπων.

---

frigidiffima pituita vitrea nominata aut ex atrae bilis fucco proveniunt, verum ex praegelida pituita rigor fit non vehemens, fed aegre incalefcens, ex fucco autem melancholico nonnunquam utroque modo, nonnunquam alterutro; fed hujusmodi fuccus quarto quoque die acceffionem facit, vitreus vero quotidie. Nihil plane hujuscemodi rerum interpretes declarant; fed illa uberrime accuratiffimeque perfequuntur, quae nullum penitus fructum auditoribus ferunt: nam et in fequenti fermone, plurimum medicinalis eruditionis continente, nullum ex celeberrimis praeceptis fcire deprehenduntur.

X.

Ante rigorem urinarum fuppreffiones, fi cum bonis fignis processerint et alvus dejecerit fomnique affuerint. Fortaffis vero tum febris modus, tum etiam fortaffis quae ex laffitudinibus oboriuntur, confideranda funt.

Οὐκ οἶδα ὅ τι εἴπω, νὴ τοὺς θεοὺς, ὅταν ὠφελιμώτατον θεώρημα μυριάκις ἐπὶ τῶν νοσούντων φαινόμενον ἀγνοῶσιν οἱ τὸ βιβλίον ἐξηγησάμενοι. τὸ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἧττον ἄν τις θαυμάσειε, τὸ δὲ Σαβίνου καὶ Ῥούφου τοῦ Ἐφεσίου, τοῖς Ἱπποκράτους συγγράμμασιν ὡμιληκότων ἀνδρῶν οὐ παρέργως, ἄξιον ὄντως ἐστὶ θαύματος, εἰ μὴ πολλάκις ἐθεάσαντο ῥίγους κρισίμου προηγησαμένην ἐπίσχεσιν οὔρου. περὶ ἧς νῦν ὁ Ἱπποκράτης γράφει, προγιγνώσκειν ἡμᾶς διδάσκων ἐσόμενον ἐν νόσῳ κρίσιμον ῥῖγος. ἐὰν ἐν ὀξεῖ πυρετῷ τἄλλα σοι σημεῖα σωτήρια φαίνηται καὶ κρίσιν ἐλπίζῃς ὑπέγγυον ἔσεσθαι, γινώσκειν σε χρὴ τῶν οὔρων ἐπισχεθέντων ἐξ ἀνάγκης ἔσεσθαι τὸ κρίσιμον ῥῖγος. ἐὰν δὲ καὶ ἡ νὺξ προηγήσηται δύσφορος, ἥ τε ἡμέρα κρίσιμος ᾖ, βεβαιότερόν ἐστι προειπεῖν ἔσεσθαι τὸ ῥῖγος. ἐὰν δὲ τὸ διὰ σφυγμοῦ σημεῖον ὡς ἔμαθες ἐνδείξηταί σοι ταὐτὸν, μὴ μόνον ἔσεσθαι τὸ ῥῖγος, ἀλλὰ καὶ σφοδρὸν ἔσεσθαι βεβαίως ἔλπιζε. τὸ τοίνυν ἐκ χρηστῶν ἤτοι τῶν οὔρων μόνων ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἅμα αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν σημείων ἀκούειν

Per deos quid dicere debeam, nefcio, quando utiliffimum praeceptum milliesque in laborantibus deprehenfum libri hujus interpretes ignorant. Sed alios quispiam minus demiretur; Sabinus vero Rufusque Ephefius, viri in libris Hippocratis diligentiffime verfati, magna profecto admiratione digni funt, nifi frequenter judicatorio rigori urinae fuppreffionem anteceffiffe viderint, de qua in praefentia Hippocrates meminit, nos judicatorium rigorem in morbo futurum praefagire edocens. Si in acuta febre et alia figna tibi falubria videantur et judicationem paulo poft fore fperes, te fcire oportet, fuppreffo lotio judicatorium rigorem neceffario futurum. Quod fi et nox difficilis anteceſſerit et dies judicatorius fit, certius futurus rigor praedici poterit. At fi nota ex arteria pulfata, ut didicifti, idem tibi oftenderit, non rigorem modo, verum etiam acerbiffimum rigorem indubitanter fore exfpectato. Illud igitur ex bonis aut urinis folis aut etiam ex aliis bonis fignis una cum ipfis urinis te intelligere oportet.

σε χρὴ τηλικαύτη μὲν ἡ δύναμίς ἐστι τῶν ἐν τοῖς οὔροις σημείων ἐν τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς, ὥστε καὶ μόνῃ πιστεύειν αὐτῇ. προσερχομένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, πρόγνωσις ἔσται σοι βεβαιοτάτη καὶ ἀμετάπτωτος, ὡς τὸ διηνεκὲς ἔχειν. αἱ μέντοι τῶν οὔρων ἐπισχέσεις γίνονται καὶ τῆς κοιλίας ἐκκρινούσης πολλά. δηλοῦται γὰρ ἐνταῦθα ῥέπειν ἡ ὀῤῥώδης ὑγρότης, ἧς ἔμαθες, ὅταν πλεονάζῃ, τρεῖς εἶναι κενώσεις, τὴν διὰ γαστρὸς, τὴν δι' οὔρων, τὴν δι' ἱδρώτων. ἐὰν μὲν οὖν ἡ κοιλία πλείω διαχωρήσῃ, τῇ τῶν οὔρων ἐπισχέσει θαῤῥεῖν οὐ προσῆκεν εἰς τὴν τοῦ ῥίγους πρόγνωσιν. ἐὰν δὲ καὶ αὕτη μηδ' ὅλως προχωρήσῃ προεγνωκότι σοι τὸ νόσημα πλησίον εἶναι κρίσεως, ἀναγκαῖόν ἐστι ῥιγῶσαί τε καὶ ἱδρῶσαι τὸν κάμνοντα. τί ποτε οὖν σημαίνει τὸ καὶ ὕπνοι ἐνέωσιν; εἰ μὲν γὰρ ὡς ἕν τι τῶν ἀγαθῶν σημείων εἴρηται, τὸ μέγιστον εἰς τὰ παρόντα συμφωνήσει· τὸ δὲ ἢν ἐκ χρηστῶν ἴωσιν, ὥσπερ τι παράδειγμα λελεγμένον. εἰ δ' ὡς καὶ τοῦτο τοῦ γενησομένου ῥίγους ὂν σημεῖον, οὐχ ἁπλῶς σε χρὴ γινώσκειν περὶ τοῦδε. πολλάκις μὲν γὰρ ἡ προη-

Tanta nempe fignorum ab urina in acutis febribus vis eft, ut et foli ipfi credendum fit; aliis vero accedentibus etiam, divinatio tibi erit firmiffima perpetuoque veridica. Verum urina etiam, alvo multa excernente, fupprimitur; illuc enim ferofam humiditatem vergere fignum eft, cujus redundantis triplicem evacuationem effe didicifti, per alvum, per lotium, per fudores. Igitur fi alvus plura dejecerit, urinae fuppreffae ad futurum rigorem praefentiendum fidere non convenit; at fi alvus fluxa non fit proximamque effe morbi judicationem praenoveris, aegrotum rigere fudareque neceffe eft. Quid fibi volunt autem verba illa: *Et fomni adfint?* nam fi unum quiddam ex bonis fignis adductum eft, maxime dictis in praefentia quadrabit. Illud vero, fi ex bonis fluxerint, velut exemplum quoddam dictum eft. Quod fi hoc tanquam futuri rigoris fignum fit, non fimpliciter id a te intelligendum eft; plerumque enim nox judicationem antecedens, antecedens,

γησαμένη τῆς κρίσεως νὺξ τοῦ τε ῥίγους καὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ κρίσεως γίνεται δύσφορος, ὁπότε βεβαιοτάτην ἕξεις σὺν τοῖς εἰρημένοις τὴν τοῦ γενησομένου ῥίγους πρόγνωσιν. ἐνίοτε δὲ ἐν [374] τῷ σπανίῳ μεθ' ὕπνων χρηστῶν εὔφορος γίνεται ἡ νὺξ καὶ φαίνεται τούτοις οὐχ ὁ τοῦ ῥίγους δηλωτικὸς σφυγμὸς, ἀλλ' ὁ τῆς ἐκκρίσεως. ἔμαθες δὲ περὶ τούτων ἱκανῶς ἐν τῇ τῶν σφυγμῶν πραγματείᾳ. προσεπισκοπεῖσθαι δὲ καὶ τὸν τρόπον τοῦ πυρετοῦ κελεύει σε, τουτέστι εἰ θερμὸς καὶ χολώδης καὶ καυσώδης ἢ τῶν ἄλλων τίς. ὅσα γὰρ ἐν τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς καὶ μάλιστα τοῖς καυσώδεσι γίνεται ῥίγη κριτικὰ, ταῦτα ἔμαθες ἐπὶ τῇ ξανθῇ χολῇ διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων φερομένῃ πρὸς τὸ ἐκτὸς, ἀποτελεῖσθαι διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐκ κόπων πυρετοὶ, χολωδέστατοι τὴν κρᾶσιν ὄντες, εἰς τὴν πρόγνωσίν σοι καὶ αὐτοὶ συντελοῦσιν. αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀπὸ τῶν προκαταρκτικῶν αἰτίων εἰς τὴν πρόγνωσιν ὠφέλεια, λελεγμένη μὲν ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἑνὸς, ἐσομένη δέ σοι χρήσιμος, κἀπὶ τῶν ἄλλων αἰτίων τῶν προκαταρκτικῶν, ὅσα χολωδέστερον ἐργά-

inquam, rigori et judicationi poſt ipſum factae, moleſta eſt, quando firmiſſimam cum antedictis rigoris futuri praeſenſionem habebis. Interdum autem, ſed raro cum ſomnis placidis tranquilla nox eſt, atque in iſtis non rigorem, ſed excretionem ſignificans pulſus apparet. Sed de iſtis abunde in voluminibus de pulſibus actum eſt. Te praeterea jubet Hippocrates et modum febris contemplari, hoc eſt, an calida ſit et bilioſa et ardens, an ex aliis quaepiam; nam quaecunque in acutis febribus et potiſſimum ardentibus rigores judicatorii fiunt, hos ex bile flava extra venas per ſenſoria corpora delata excitari didiciſti. Propterea et febres ex laſſitudinibus provenientes temperaturae bilioſiſſimae ad praeſenſionem tibi et ipſae conducent. Haec itaque eſt ab externis cauſis ad divinationem percepta utilitas, unico quidem veluti exemplo explicata, tibi autem et in aliis externis cauſis, quaecunque

ζεται τὸ σῶμα. ταῦτα δέ ἐστιν ἐγκαύσεις τε καὶ ἀγρυπνίαι καὶ φροντίδες καὶ λῦπαι καὶ θυμοὶ καὶ τροφῆς ἔνδεια καὶ τῶν χολωδῶν ἐδεσμάτων πλεονεξία. πρώτη μέν σοι καὶ ἀσφαλεστάτη διάγνωσις εἰς τὸν τρόπον τῶν πυρετῶν ἀπὸ τῶν φαινομένων κατὰ τὸ σῶμα γενήσεται, καθάπερ ἔμαθες ἐν τοῖς περὶ διαφορᾶς τῶν πυρετῶν. ἐφεξῆς δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τῶν προκαταρχόντων αἰτίων εἰς ἀσφαλεστέραν πίστιν, ὧν εἶρες, οὐ σμικρὰ συντελέσει. θαυμαστὸν οὖν ὅπως τοῦτο τὸ θεώρημα χρησιμώτατον ὂν ἐλάθη τοὺς ἐξηγητάς.

ια'.

Ἀποστάσιες οὐ μάλα οἷσι ῥίγεα.

Σπανίως ἀποστάσεις γίνονται τοῖς μετὰ ῥίγους πυρέττουσιν, ὥσπερ ἐν τεταρταίοις πυρετοῖς καὶ τριταίοις. αἱ γὰρ ἐν ταῖς παρακμαῖς τῶν τοιούτων παροξυσμῶν ἐκκρίσεις

bilioſius corpus efficiunt, futura percommoda. Hae ſunt autem, morae ſub ſole aeſtivo, vigiliae, cogitationes, angores animi, ira, alimenti inopia, bilioſorum ciborum nimius uſus. Primam ſane tutiſſimamque naturae febrium notitiam ex iis quae in corpore apparent, acquirentes, quemadmodum in commentariis de differentia febrium didiciſti; ſecunda vero et ab externis cauſis notitia ad eorum quae inveniſti certiorem fidem haud parum expediet. Mirandum eſt igitur quonam pacto haec utiliſſima contemplatio explanatores latuerit.

XI.

Abſceſſus non admodum quibus rigores oboriuntur.

Raro abſceſſus illis, qui cum rigore febricitant, eveniunt, quemadmodum in quartanis tertianisque febribus videre licet. In iſtarum enim acceſſionum remiſſionibus

κενοῦσι τὸ πλῆθος, ὥστε πάνυ χρὴ πολλὴν εἶναι τὴν περιουσίαν τῶν λυπούντων χυμῶν, ἵν' ἡ φύσις ἀποστάσεως δεηθῇ.

ιβ'.

(451) *Αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες, οἷον ἢ πρὸ νόσου ὁδοιπορήσαντι ἢ ἐκ νόσου αὐτίκα, διότι ἴσως τὸ ἐκ κόπων εἰς ἄρθρα ἀπέστη, δι' ὃ αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες.*

Οὐκ ἔστι γνῶναι σαφῶς πότερον τὰς ἀσθενείας μόνας ἐκθηλύνσεις εἴρηκεν ἢ τὰς σὺν ἀτροφίᾳ τῶν σκελῶν ὅλων γινομένας. ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ προτέρῳ τῶν προειρημένων παραδειγμάτων, ἐγχωρεῖ καὶ τὰς σὺν ἀτροφίᾳ νοεῖν. ὅσον δ' ἐπὶ τῷ δευτέρῳ, καθ' ὅ φησι, διότι ἴσως τὸ ἐκ κόπων εἰς ἄρθρα ἀπέστη, τὰς ἰσχνότητας οὐκ ἄν τις [375] εὐλόγως ἀκούσειεν, ἀλλ' ἁπλῶς τὰ ἀσθενείας, αἵ τινες δύνανται καὶ χωρὶς ἰσχνότητος, ἤτοι ἐκλύτους τὰς ἐνεργείας ἐρ-

excretiones multitudinem educunt, propter quod permultam effe oportet vexantium humorum abundantiam, ut naturae abfceffum facere neceffe fit.

XII.

Crurum effoeminationes veluti aut ante morbum aut ftatim a morbo iter facienti fiunt, atque ideo fortaffis, quod ex laffitudinibus aliquid in articulos abfceffit, ex quo etiam crurum effoeminationes.

Evidenter cognofci nequit, utrum folas imbecillitates effoeminationes dixerit, an eas quae ex penuria nutrimenti omnium crurum fiant. Quantum enim ad prius ex antedictis exemplis pertinet et eas quae per inopiam alimenti fiant, intelligere licet; quantum vero ad fecundum fpectat, quum dicit, eo quod fortaffe id, quod ex laffitudinibus, in articulos decubuit, extenuationes quispiam recte intelligere nequeat, fed abfolute imbecillitates, quae et

γάσασθαι τῶν σκελῶν ἢ τὰς ἀποστάσεις ὑποδέχεσθαι. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει προσκείμενον, δι᾽ ὃ αἱ τῶν σκελῶν ἐκθηλύνσιες, εἴρηται καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ῥήσεως. ὅθεν ἔνιοι τῶν ἐφεξῆς γεγραμμένων ἡγούμενον αὐτὸ ποιοῦσι. πρῶτον μὲν ἀφαιροῦντες τὸ διότι, συμμετακοσμοῦντες δὲ αὐτῷ τινὰ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἑπομένης ῥήσεως. ὅπερ δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν εἶπον ἀναμνήσω καὶ νῦν, ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πολυειδῶς γεγράφθαι τὰς ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ῥήσεις, ὥσπερ καὶ τήνδε, μετὰ τοῦ διεσπάσθαί τινας οὐκ ὀρθῶς ἢ συνῆφθαι πάλιν οὐ προσηκόντως. ὧν εἰ μνημονεύσοιμι πάντων ἅμα τῷ διελέγχειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, εἰς ἄπειρον ἐκταθήσεται μῆκος ὁ λόγος.

ιγ΄.

Φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα καὶ τὰ ἀπόρεα καὶ τὰ κορυφώδεα καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα καὶ μὴ περίσκληρα καὶ

citra maciem crurum actiones debilitare vel etiam abfceffus excipere queunt. Quod in calce autem fermonis adjectum eft, ex quo crurum effoeminationes, dictum fuit et ab initio: quapropter nonnulli eorum quae deinceps fcripta funt, iftud antecedens faciunt, primum quidem haec verba: *ex quo*, auferentes, unaque cum iis aliqua ex fequentibus permutantes. Verum quod ab initio dixi, et nunc repetam. Hoc eft autem hujusce libri fententias varie ac multifariam fcriptas effe, quemadmodum et hanc, quarum praeterea nonnullae haud recte disjunctae funt; aliae contra haud congrue copulatae. Quorum omnium fi meminerim fimulque errantes confutare velim, in immenfam longitudinem producetur oratio.

XIII.

Quae tubercula foras protulerant, acuminata, aequabiliter commaturefcentia, neque in ambitu dura, deorfum ten-

καταῤῥοπα καὶ τὰ μὴ δίκραια ἀμείνω. τὰ δ' ἐναντία κακὰ καὶ ὅσῳ πλείστως ἐναντία κάκιστα.

Ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων οἱ ἄνθρωποι φύματα κεκλήκασιν τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ὅσοι τοὐπίπαν ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται, μάλιστα οὖν ὀνομάζουσιν οὕτω τὰ πρὸς τὸν ἐκτὸς τόπον ἐπειγόμενα. τῷ δ' οὐκ ἔχειν ἕτερον ὄνομα καὶ τὰ πλατέα καὶ βραχεῖ τοῦ κατὰ φύσιν ὑψηλότερα καὶ ταῦθ' ὡσαύτως ἐνίοτε προσαγορεύουσιν, ὅπερ καὶ Ἱπποκράτης ἐποίησεν, ἀγαθὰ μὲν εἶναι λέγων τὰ ἐξοιδοῦντα, τουτέστιν ἐφ' ὧν ἀξιόλογος ἡ ἐξόγκωσις ἢ ὅσα τὴν αὔξησιν οὐκ ἐς τὴν ἔσω χώραν, ἀλλ' εἰς τὴν ἔξω ποιεῖται, καθάπερ ἐν προγνωστικῷ γράφων εἶπεν· Ὅσα μὲν ἔξω τρέπεται ἄριστά ἐστιν ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα καὶ εἰς ὀξὺν ἀποκορυφοῦντα. ὅσα δὲ, φησὶν, ἔσω ῥήγνυται, ἄριστά ἐστιν ἃ τῶν ἔξω χωρίων μηδὲν ἐπικοινωνεῖ, κάλλιον μὲν γὰρ ἔξω ῥέπειν. εἰ δὲ ἔσω ῥέπει, βέλτιον πάλιν ἐν τούτοις ἐστὶν

dentia, neque bifida meliora ſunt. Contraria mala et quae plurimum contraria, peſſima.

Ab iis, quae ex terra progerminant, Graeci homines phymata vocaverunt, hoc eſt tubercula, eos praeter naturam tumores, qui prorſus ſine cauſa externa proveniunt, ſed potiſſimum eos hoc nomine vocant, qui extra corporis ſuperficiem extuberant. Verum ob nominis alterius inopiam interdum et latos pauloque naturalibus partibus elatiores hoc eodem nomine appellant, quod et Hippocrates hoc loco fecit, bona eſſe tubercula extumeſcentia dicens, hoc eſt quibus inſignis tumefactio ineſt aut quaecunque non introrſum, ſed extrorſum verſus augeſcunt, quemadmodum in libro praeſagiorum ſcribens dixit: quaecunque exterius vergunt, optima ſunt, quam maxime extrorſum ſpectantia et in aciem turbinata; ſed quaecunque, ait, intrORſum rumpuntur, optima ſunt, quae externas partes minime attingunt. Melius quidem eſt extrorſum

ἅπασιν αὐτῶν τὴν ῥοπὴν ἐς τὴν ἔσω χώραν πεποιῆσθαι. τῶν μὲν οὖν φυμάτων ἡ γένεσις ἐν ἐπιγαστρίῳ τέ ἐστιν ἢ καὶ κατὰ θώρακα. τούτοις γὰρ ὑπόκεινται χῶραι κεναὶ, τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον ἐκδεχόμεναι τῶν ἔσω ῥεψάντων φυμάτων. αὐτῶν δὲ τῶν ἐξογκουμένων ἔξω, τὰ ἀπόξεα καὶ κορυφώδη κρείττονα τῶν πλατέων ἐστὶν, ὡς ἂν ὑπὸ θερμοτέρων τε καὶ λεπτοτέρων τῇ συστάσει γινόμενα χυμῶν καὶ διὰ τοῦτο ταχέως ἐκπυϊσκόμενα. τὰ γὰρ ὑπὸ παχέων καὶ γλίσχρων γινόμενα ὡς ἂν ψυχρῶν ὄντων, πλατέα τέ ἐστι καὶ δύσπεπτα καὶ σήπεται μᾶλλον, οὐ πέττεται χρόνῳ πλείονι, σὺν τούτοις δὲ ἐπαινεῖ καὶ τὰ ὁμαλῶς ἐκπυϊσκόμενα. τὰ γὰρ ἐκ μέρους μέν τινος ἑαυτῶν ἐκπυήσαντα, τὸ λοιπὸν δὲ ἅπαν ἀνεκπύητον ἔχοντα, πρῶτον μὲν αὐτῷ τὰ [376] χρονιώτερα τῶν ἄλλων ἐκπυησάντων εὐθέως εἶναι μοχθηρὰ, δεύτερον δὲ τῷ δυσχερεῖ τῆς θεραπείας. ἄλλων μὲν γὰρ δεῖται τὰ διαπυήσαντα τῶν ἰαμάτων, ἄλλων δὲ τὰ ἀνεκπύητα. καὶ τὰ μὴ περίσκληρα δὲ βελτίω τῶν περισκλήρων ἐστίν. ὀνομάζει δὲ περίσκληρα τὰ τὸ μέσον

vergere, fed fi intro declinent, melius rurfum in iftis omnibus eft ipforum eruptionem in interiores locos fieri. Tuberculorum fane generatio in abdomine atque etiam pectore eft, iftis enim inanes cavitates fubfunt tuberculorum introrfum fpectantium praeter naturam tumorem excipientes. Sed ex iis, quae exterius intumefcunt, acuta ac turbinata latis meliora funt, utpote ex calidioribus tenuioribusque materiae fuccis procreata et idcirco celeriter fuppurantia; nam ex craffis tenacibusque conftantia, utpote frigidis et lata funt et aegre coquuntur, quin etiam putrefcunt potius quam coquantur longiori tempore. Praeterea laudat et aequabiliter fuppurantia. Nam quae ex aliqua parte fuppurant, reliquum vero totum non fuppurans habent, primum quidem eo quod aliis ftatim fuppurantibus diuturniora funt, fecundo vero quod difficilius curantur, pejora cenfentur, aliis enim auxiliis fuppurantes partes egent, aliis non fuppurantes. Non circumdura autem circumduris meliora funt. Circumdura vocat au-

ἑαυτῶν ἔχοντα μαλακὸν καὶ διαπυΐσκον, ὅσον δὲ ἐν κύκλῳ τούτου σκληρὸν καὶ δυσεκπύητον ἢ ὅλως ἀνεκπύητον. ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὰ κατάῤῥοπα φύματα. ταῦτα δέ ἐστιν ὅσα κατὰ τὴν κάτω χώραν τὴν κορυφὴν ἑαυτῶν ἴσχει τῆς ἐκπυήσεως. ἐνταῦθα γὰρ ἀναστομωθέντα τὰς ἀποῤῥύσεις εὐπετεῖς λαμβάνει, εἰ μὴ λάθοι γέ σε τῶν ἀνωμάλων ὄντα. καὶ τούτοις γὰρ τὸ μέν τι χρηστὸν ὑπάρχει, τὸ δέ τι μοχθηρόν. ὅσα δὲ τὴν ἐκπύησιν ὁμαλὴν ἔχοντα τὴν κορυφὴν ἐν τοῖς κάτω μέρεσι ποιεῖται, ταῦτα ἄριστα. καὶ τὰ μὴ δίκραια δὲ βελτίω τῶν δικραίων εἶναί φησιν. εὑρίσκεται γὰρ τῶν δικραίων τὸ μέσον οὐκ ἀπαθὲς μὲν, ἀνεκπύητον δὲ καὶ σκληρόν. εὔδηλον δ' ὅτι τῶν ἐναντίως ἀλλήλοις διακειμένων φυμάτων ὧν διῆλθεν, ὅσα πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρει ταῖς ἰδέαις, ταῦτα καὶ ταῖς δυνάμεσι καὶ τοῖς ἤθεσι διαφέρει πάμπολυ. πλάτος γὰρ ἱκανὸν ἐχουσῶν τῶν εἰρημένων διαφορῶν, ἀναγκαῖον εἶναι μέν τι μέσον τῶν ἐναντίων. ἀποκεχωρηκέναι δὲ τοῦ μέσου τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον, οἷον ἐπὶ τῶν σκληρῶν καὶ μαλακῶν· ἐπὶ

tem, quae in medio mollia fuppurantiaque funt, circum vero dura et aegre aut nequaquam fuppurantia. Laudat praeterea et tubercula declivia: haec funt autem deorfum verfus aciem fuae fuppurationis habentia. Hoc enim loco aperta facile defluere materias finunt, nifi ea ex inaequalibus effe te latuerit, in iis enim aliquid boni ineft et aliquid mali: verum quaecunque aequaliter fuppurantia aciem in inferioribus habent, haec omnium optima. Non bifida etiam bifidis meliora effe nos admonet: in bifidis enim medium non fine vitio invenitur, fed crudum atque durum. At clare patet, ex tuberculis, quae diximus, contrario inter fe modo habentibus, quaecunque plurimum inter fe formis diffident, haec viribus ac moribus etiam longe diftare. Nam fatis magnam latitudinem praedictis differentiis habentibus, aliquod inter contraria medium effe neceffe eft et a medio aliud magis, aliud minus re-

μιᾶς γὰρ ἀντιθέσεως ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἀρκέσει τὸν λόγον ποιήσασθαι. τὸ μὲν σκληρὸν τοῦ μαλακοῦ φαυλότερόν ἐστιν. αὐτοῦ δὲ τοῦ σκληροῦ τὸ μᾶλλον σκληρόν. εἰ δέ ἐστι σκληρότερον, εἴη χαλεπώτατον, οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν μετρίως μαλακὸν, ἀγαθὸν μετρίως ἐστί, τὸ δὲ τελέως μαλακὸν, ἀγαθὸν καὶ τοῦτο τελέως. ὥσπερ οὖν ταύτης τῆς ἀντιθέσεως ἤκουσας, ἐπὶ τὰς εἰρημένας ἁπάσας γε μεταφέροις.

ιδ'.

Τὸ θηριῶδες φθινοπώρου καὶ αἱ καρδιαλγίαι καὶ τὸ μελαγχολικόν.

Εἴτε τὰς ἀσκαρίδας, εἴτε τὰς ἕλμινθας λέγει τὸ θηριῶδες, εἴτε ἐλέφαντα καὶ καρκίνον, εἴτε φθίσιν ὥς τινες ἤκουσαν, εἴτε πᾶν τὸ κακόηθες. εἰκότως ἐν φθινοπώρῳ τὰ τοιαῦτα γίνεται πάντα, διά τε τὴν κακοχυμίαν τῆς ὥρας καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀνώμαλον κρᾶσιν. οὐδὲν

cedere: ut in duris ac mollibus, in una ſiquidem oppoſitione tanquam exemplo ſermonem facere ſatis erit, durum quidem molli pejus eſt, inter dura, magis durum; duriſſimum vero peſſimum eſt. Ita ſane mediocriter molle mediocriter bonum eſt et, perfecte molle perſecte bonum. Quae itaque in hac oppoſitione audiviſti, ad praedictas omnes applicare poteris.

XIV.

Ferinum autumno et cardialgiae et horridum et melancholicum procreantur.

Seu ventris vermiculos, qui aſcarides dicuntur, et lumbrici ferinum vocet; ſeu elephantem et cancrum, ſeu phthiſin, ut nonnulli voluerunt, ſeu omne malignum vitium: jure autumno haec omnia procreantur et ob mali ſucci, tum temporis abundantiam et ob aëris inaequalita-

οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ καρδιαλγίαι καὶ τὸ φρικῶδες καὶ τὸ μελαγχολικὸν ἐπικρατεῖ κατὰ τὴν φθινοπωρινὴν ὥραν. ἅπαντα γὰρ ἕπεται ταῦτα τοῖς προειρημένοις αἰτίοις. εἴρηται δὲ ἡμῖν ἐπὶ πλέον ἐν τῇ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιῶν ἐξηγήσει περὶ τῶν κατὰ τὸ φθινόπωρον ἁπάντων.

ιε'.

[377] *Πρὸς τὰς ἀρχὰς τοὺς παροξυσμοὺς ἐπισκέπτεσθαι καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ νούσῳ, ὡς τὸ ἐν δείλῃ παροξύνεσθαι καὶ ὁ ἐνιαυτὸς εἰς δείλην καὶ αἱ ἀσκαρίδες.*

Κἂν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν οὕτως ἐγέγραπτο πρὸς τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων σκεπτέον εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. χρῆται (452) γὰρ ἐνίοτε τῇ πρὸς τὰς ἀρχὰς φωνῇ ὁ Ἱπποκράτης, ὡσεὶ καὶ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν εἶπε· πρὸς τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων διαφέρει τὸ σκοπεῖσθαι εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ, καθάπερ κἂν τῷ φάναι ὃ καὶ πρὸς τὸ θερμαίνειν καὶ ψύχειν καὶ

tem, temperiem. Nihil igitur mirum, fi et cordis dolores et horrores et atra bilis autumnali tempore abunde generantur; omnia enim haec antedictas caufas comitantur. Caeterum in enarratione fecundi voluminis de morbis vulgaribus latiffime de omnibus autumno graffantibus morbis difputavimus.

XV.

In principiis exacerbationes confiderandae funt, ac in omni morbo, qualis eft fub vefperam exacerbationis motus et num annus in vefperam vergat et afcarides ferociant.

Et fecundo de morbis popularibus libro hoc modo fcriptum eft: Ad initia morborum confiderandum, fi confeftim florent; utitur enim interdum Hippocrates hac voce ad initia, quemadmodum et hoc in fermone ufus eft: ad initia morborum refert confiderare, num ftatim floreant, quemadmodum et in dicendo, quod et ad calefaciendum

ξηραίνειν καὶ ὑγραίνειν, πολλὰ ἄν τις εὕροι τοιαῦτα. οὐ γὰρ ὡς ἐναντιούμενος, οὐδ' ὡς ἀντιλέγων, ἀλλ' ὡς συνεργοῦντα πρὸς τὸ θερμαίνειν καὶ ψύχειν καὶ ξηραίνειν καὶ ὑγραίνειν χρῆται, πολλὰ, φησὶν, ἄν τις εὕροι τοιαῦτα. δέδεικται δὲ καὶ τοῦθ' ἡμῖν, ἐν οἷς ἐξηγούμεθα τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν. εἰ δ' οὐχ οὕτως ἐθέλοι τις ἀκούειν τῆς λέξεως, ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἀντὶ τοῦ κατὰ τὰς ἀρχὰς ἢ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀκούειν. οὐ μὴν ἐν ταῖς ἀρχαῖς γε μόναις τοῦτο παραινεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ἐν ὅλαις ταῖς νόσοις, εἶτα παράδειγμα προσέθηκεν ὃ δυνατόν ἐστιν ἀναγνῶναι διττῶς, καθ' ἕνα μὲν τρόπον, τὸ ἐς δείλην παροξύνεσθαι καὶ ὁ ἐνιαυτὸς, εἶτ' ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ἐς δείλην καὶ αἱ ἀσκαρίδες· καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, οἷον τὸ ἐς δείλην παροξύνεσθαι καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐς δείλην. εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς καὶ ἀσκαρίδες. ἀναλόγως γάρ τινα ἔχειν ἡγεῖται τὴν ἡμέραν πρὸς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν, ὡς τῷ μὲν ἑωθινῷ καιρῷ τὸ ἔαρ ἐοικέναι, τῇ δὲ μεσημβρίᾳ τὸ θέρος, τῇ δὲ ἑσπέρᾳ τὸ φθινόπωρον, τῇ δὲ νυκτὶ τὸν χειμῶνα. λέλεκται δὲ καὶ

et refrigerandum et ficcandum et humectandum, multa fane quispiam hujusmodi invenerit; neque enim ut adverfans, neque ut contradicens his verbis utitur, fed ut ad calefaciendum, refrigerandum, ficcandum et humectandum juvantia, multa, inquit, hujusmodi invenire quispiam poffit; id vero et a nobis in illis commentariis declaratum eft, quibus fecundum librum de morbis vulgaribus explanavimus. Quod nifi quis ita velit dictionem accipere, ita neceffario intelligenda haec verba funt, ad initia, hoc eft fecundum initia aut circa initia. Neque tamen in folis initiis id confiderandum effe nos admonet, fed in morbis univerfis. Deinde exemplum adjecit, quod bifariam legi poteft, uno quidem modo ad vefperam exacerbari et annus, deinde ab altero principio, ad vefperam et afcarides; alio item modo ut ad vefperam exacerbari et annus ad vefperam, deinde ab alio principio et afcarides. Diem namque toti anno proportione refpondere cenfet, ut matutino tempori ver fimile fit, meridiei aeftas, vefperi

περὶ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν οἷς ἐξηγούμεθα τὴν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ῥῆσιν, ἧς ἀρχὴ, αἱ ἀσκαρίδες δείλης.

ιστ'.

Νηπίοισι βηχίον ξὺν γαστρὸς ταραχῇ καὶ πυρετῷ ξυνεχεῖ, σημαίνει μετὰ κρίσιν διμηναίῳ τὸ ξύμπαν εἰκοσταίῳ καὶ οἰδήματα ἐς ἄρθρα.

Ἅπαντες ὁμοίως πιστεύοντες τοῖς γεγραμμένοις οἱ ἐξηγησάμενοι, μετὰ τοῦ μηδὲ νοεῖν, ὧν ἐπαινοῦσιν, ἔνια. καίτοι τινὰ μὲν, εἰ καὶ κακοζηλό- [378] τερον εἰπεῖν, οἷον νεῦρα τῆς τέχνης ἐστὶν, τινὰ δὲ πάνυ σμικρὰν ἔχει τὴν ὠφέλειαν, ἔνια δὲ οὐδὲ σμικρὰν, ὥσπερ καὶ τὸ κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν. ἐγὼ γὰρ ὅσα μὲν ἀεὶ φαίνεται γινόμενα κατὰ τοὺς ἀῤῥώστους, ὡσαύτως ἀξιομνημόνευτα νομίζω, καὶ τούτων αὐτῶν μάλιστα τὰ μεγάλην ἔχοντα τὴν χρείαν, ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔλεγον, ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ ῥῖγος

autumnus, nocti hiems. Dictum eſt autem et de his uberius, ubi ſecundi morborum popularium voluminis eam partem declaravimus, cujus initium eſt, aſcarides veſperi.

XVI.

Infantibus oborta tuſſicula cum ventris perturbatione et febre aſſidua, ſignificat poſt judicationem bimeſtri in totum vigeſimo die ad articulos etiam tumores fore.

Omnes enarratores ſcriptis ſimiliter credunt, nec eorum quae laudant quaepiam intelligunt, ſiquidem non nulla, et ſi affectare dixerim, veluti artis nervi ſunt, alia perexiguam utilitatem afferunt, alia vero neque exiguam, quemadmodum id quod in praeſenti parte proponitur. Etenim ego quaecunque in aegrotantibus eodem ſemper modo fieri videntur, memoratu digna cenſeo et ex his ipſis ea potiſſimum quae magno uſui ſunt, quemadmodum paulo ante de praeſenſione ex rigore dicebam. Interdum

προγνώσεως. ἐν σφοδροτάτῳ γὰρ ἐνίοτε πυρετῷ μετ᾽ ἀγρυπνίας καὶ ἄσης καὶ δίψους καὶ δυσφορίας, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ παραφροσύνης, ἁπάντων ταραττομένων καὶ κλαιόντων τῶν οἰκείων τοῦ κάμνοντος, ἔνεστιν ἐπιστημονικῶς προειπόντα ῥῖγός τε καὶ ἱδρῶτα καὶ λύσιν τοῦ νοσήματος, Ἀσκληπιὸν εἶναι δοκεῖν. ἐπὶ δὲ τοῦ νῦν λεγομένου, πρῶτον μὲν οὐ σαφές ἐστιν ὃ λέγει. δεύτερον δὲ κἂν ἁπάσας αὐτοῦ τὰς πιθανὰς ἐκδοχὰς ὑπόθηταί τις ἔχεσθαι τῆς τοῦ γράψαντος γνώμης, οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ἔστι προειπεῖν. ὑποκείσθω γάρ τι νήπιον βῆττον, ἅμα γαστρὸς ταραχῇ καὶ πυρετῷ συνεχεῖ, κἄπειτα κρινόμενον ὁπωσοῦν ἐν ᾗπερ ἂν ἡμέρᾳ βούληταί τις, εἴτ᾽ οὖν ὀγδοηκοστῇ μετὰ τὴν ἀποκύησιν, εἴθ᾽ ἑξηκοστῇ, διττῶς γὰρ ἐξηγήσαντο τὴν λέξιν τήνδε, διμηνιαίῳ τὸ σύμπαν εἰκοσταίῳ, τινὲς μὲν δὲ ἀπὸ γενετῆς διμηνιαῖον εἶναι βουλόμενοι, καθ᾽ ἣν ἡμέραν κρίνεται τὸ παιδίον, εἰκοσταῖον δ᾽ ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἤρξατο νοσεῖν, τινὲς δὲ διμηνιαίῳ γινομένῳ τὴν νόσον ἀρξαμένην κριθῆναι μεθ᾽ ἡμέρας εἴκοσι, καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων ἡμᾶς προλέγειν, ὅτι τούτῳ

namque in vehementiſſima febre adjuncta vigilia, faſtidio, ſiti, impatientia, nonnunquam et delirio, omnibus aegrotantis domeſticis perterritis ac flentibus, quempiam licet rigorem et ſudorem morbique ſolutionem ſcienter praedicentem, Aeſculapium eſſe videri. Sed in propoſita ſententia primum quidem quid dicat, obſcurum eſt; deinde etſi omnes ipſius ſcriptoris veriſimiles intellectus habere quispiam ſe crediderit, nihil tamen ex ipſis praedicere poterit. Eſto enim infans aliquis tuſſiens, ventre perturbato, cum febre perpetua; deinde utcunque, quo quis velit, die judicetur, ſive octogeſimo a partu ſive ſexageſimo: duobus enim modis ſermo iſte declaratus eſt, bimeſtri, prorſus vigeſimo, nonnulli quidem ab ortu bimeſtrem eſſe volentes, quo die infans judicatur, vigeſimum autem a die quo aegrotare incepit: at nonnulli ajunt duos menſes nato morbum accidiſſe, atque viginti dies poſt initium judicatum eſſe, hisque hunc in modum habentibus nos praedicere poſſe, puerulo iſti a judicatione abſceſſum ali-

τῷ παιδίῳ καὶ ἀπόστασίς τις εἰς ἄρθρα γενήσεται μετὰ τὴν κρίσιν. καὶ μὴν οὔτε διὰ παντὸς οὐδ᾽ ὡς τὸ πολὺ συμβήσεται τοῦτο. χρὴ δὲ τὰς προῤῥήσεις ἢ ἀμεταπταίστους εἶναι διὰ παντὸς ἢ σπανιάκις σφάλλεσθαι. τὸ δ᾽ ὀλιγάκις μὲν ἐπιτυγχάνειν, πλεονάκις δ᾽ ἀποτυγχάνειν, οὐ τεχνικόν.

ιζ'.

Ἢν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ καταστῇ τὰ ἄνω ἐν τοῖσι κάτω ἄρθροισιν, ἀγαθόν. ἢν δὲ ἄνω, οὐχ ὁμοίως λύει τὴν νοῦσον, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ.

Ὅτι μὲν ἔτι περὶ τῶν παιδίων λέγει ταῦτα, δῆλόν ἐστι διὰ τῶν ἐφεξῆς εἰρησομένων. ὅ γε μὴν λόγος οὗτος οὐ τῶν ἐπὶ μέρους ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν καθόλου καὶ κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν καὶ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἰρημένος, ἃ προεξηγησάμεθα. βούλεται γὰρ τὰς μὲν ἐκ τῶν ἄνω χωρίων, εἰς τὰ κάτω τοῦ ὀμφα-

quem in articulos impetum eſſe facturum. Atqui neque ſemper neque plerumque iſtud eveniet. Praedictiones autem aut veraces eſſe in perpetuum decet aut raro mentiri, nam raro veritatem aſſequi et plerumque aberrare nequaquam artificioſum eſt.

XVII.

Quod ſi ſuperne quidem deorſum infra umbilicum in inferioribus articulis conſtiterint, bonum; ſi vero inferne ſurſum, non peraeque morbum ſolvunt, niſi ſuppuraverint.

Quod de pueris adhuc iſta loquatur, ex inferius dicendis conſtat. Verum ſermo iſte non de particularibus eſt, ſed de communibus et in ſecundo de morbis popularibus et in aphoriſmis et in libro praeſagiorum reperitus, quos omnes locos dudum explanavimus. Vult enim Hippocrates ex ſuperioribus locis in inferiora umbilico factos

λοῦ γινομένας ἀποστάσιας, ἀγαθὰς εἶναι, τὰς δὲ μὴ τοιαύτας, οὐκ ἀγαθάς. ἐκλύει δ' αὐτῶν τι τῆς κακίας, ἐὰν ἐκπυήσῃ τὰ οἰδήματα. κέχρηται δὲ κἀνταῦθα τῇ προσηγορίᾳ τοῦ οἰδήματος, ἐπὶ τοῦ γενικοῦ σημαινομένου τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται.

ιη'.

[379] *Τὰ δ' ἐν ὤμοισιν ἐκπυέοντα τοῖσι τηλικούτοισι γαλιάγκωνας ποιέει.*

Ὅτι περὶ τῶν νηπίων ἔτι διαλέγεται, σαφὲς αὐτὸς ἐποίησεν εἰπὼν, τοῖσι τηλικούτοισιν, ἀξιῶν ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναφέρειν τοῦ λόγου καὶ τὰ νῦν εἰρημένα. κατά τινα δὲ τρόπον γαλιάγκωνες οἱ τοιοῦτοι γίνωνται, μεμάθηκας ἔν τε τῷ περὶ ἄρθρων αὐτοῦ συγγράμματι καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑπομνήμασιν εἰς αὐτό.

---

abfceffus falubres effe; non hujusmodi autem, haud falubres, fed eorum malignitas aliquantulum obtunditur, fi oedemata fuppuraverunt. Ufus eft autem et hoc loco oedematis appellatione in communi fignificato omnium praeter naturam tumorum, ut antea dictum eft.

XVIII.

Qui vero tumores in humeris fuppurantur tantulis, iis muftellina brachia efficiunt.

Quod de infantibus adhuc difputet, ipfe declaravit inquiens, tantulis, dignum cenfens nos et modo dicta ad initium fermonis referre. Verum quomodo ifti breviori humero reddantur, in libro de articulis noftrisque in ipfum commentationibus didicifti.

ιθ'.

Λύσειε δ' ἂν καὶ ἑλκυδρίων κάτω ἔκθυσις, ἢν μὴ στρογγύλα καὶ βαθέα ᾖ· τὰ δὲ τοιαῦτα ὀλέθρια καὶ ἄλλως παιδίοισιν.

Παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾷν, τὴν ἔκθυσιν εἴρηκεν ἐκτεινομένης τῆς μέσης συλλαβῆς, ὡσεὶ καὶ ἐξόρμησιν εἴρηκε. λύειν δ' αὐτά φησι τὰς ἀποσκήμματος δεομένας διαθέσεις, ἢν μὴ στρογγύλα καὶ βαθέα ᾖ, τουτέστιν εἰ μὴ κακοήθη μάλιστα γένοιτο· καὶ γὰρ ἀνιαρὰ τοῖς βρέφεσιν, οὐ δυναμένοις φέρειν οὔτε τὰς ὀδύνας οὔτε τὴν θεραπείαν, καὶ ἄλλως δυσίατα τὰ τοιαῦτα.

κ'.

Λύσειε δ' ἂν καὶ αἷμα ῥυὲν, μᾶλλον δὲ τοῖσι τελειοτέροισιν ἐπιφαίνεται.

XIX.

Solvet autem ulcuſculorum in partes inferiores eruptio, niſi rotunda et profunda fuerint. Hujusmodi namque tunc maxime pueris pernicioſa ſunt.

Ab hoc Graeco verbo *ἐκθύειν*, quod erumpere ſignificat, vocabulum *ἔκθυσιν*, hoc eſt eruptionem derivavit Hippocrates, media ſyllaba producta, perinde ac ſi cum impetu exitum dixiſſet. Ipſa vero affectus abſceſſu egentes diſcutere inquit, niſi rotunda et profunda ſint, hoc eſt niſi ſummopere maligna fuerint. Infeſta namque infantibus ſunt, neque dolores, neque curationem ferre potentibus, quin et alioqui aegre ſanabilia hujusmodi ulcera ſunt.

XX.

Solvet etiam morbum ſanguinis profluvium, quod magis in adultioribus proditur.

Ὅτι μὲν αἷμα ῥυὲν πᾶσι τοῖς τοιούτοις ὠφέλιμόν ἐστι, πολλάκις ἤδη μεμαθήκαμεν. ἐπὶ δὲ τῶν νηπίων, ὑπὲρ ὧν διαλέγεται τὴν ἀρχὴν, οὐδὲ ἐπιφαίνεται τὸ αἷμα πλὴν εἴ που σπανίως. διὸ καὶ προσέθηκεν αὐτὸς, μᾶλλον δὲ τοῖσι τελειοτέροισιν ἐπιφαίνεται, τουτέστι τοῖς ἐπὶ πλέον ηὐξημένοις. τίνα δ' ἔτι πάθη τὰ δι' ὧν εἶπεν ἀποστάσεών τε καὶ αἱμοῤῥαγιῶν καὶ ἑλκυδρίων κρινόμενα τοῖς νηπίοις, οὐ πάνυ σαφῶς ἐδήλωσεν. ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς ῥήσεως ἦν, νηπίοισι (453) βηχίον σὺν [380] γαστρὸς ταραχῇ καὶ πυρετῷ συνεχεῖ. δύναται δὲ καὶ τῶν κατὰ τὸ πλευρόν τε καὶ πνεύμονα καὶ τῶν καθ' ἧπάρ τε καὶ γαστέρα δι' ὧν εἶπε συμπτωμάτων δηλοῦσθαι.

κα'.

Δάκρυα ἐν τοῖσι ὀξέσι τῶν φλαύρως ἐχόντων ἑκόντων μὲν χρηστὸν, ἀκόντων δὲ παραῤῥέοντα κακόν.

Sanguinem profecto emanantem omnibus id genus vitiis prodeſſe ſaepius jam didicimus; in infantibus autem, de quibus ſermonem fecit, ab initio neque ſanguis apparet, praeterquam raro. Ideo et ipſe addidit: frequentius autem perfectioribus id incidit, hoc eſt iis, qui ſunt adultioris aetatis. Qui affectus autem ſint, qui per abſceſſus quos dixit et ſanguinis profluvia et ulcuſcula, in infantibus judicantur, non clare admodum aperuit: initium enim ſermonis erat, infantibus tuſſicula cum ventris perturbatione et febre continente, poteſt autem ex iis, quae dixit, ſymptomatibus et de lateris, pulmonis, jecinoris atque ventriculi affectibus intelligi.

XXI.

Lacrimae in acutis male habentibus ſpontaneae quidem, bonae; involuntariae vero praeterfluentes, malae.

Περὶ τῶν τοιούτων δακρύων εἴρηται μὲν κἀν τῷ προγνωστικῷ καὶ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς. ἀλλὰ τελεώτερον ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἔνθα φησὶν, ὁκόσοισιν ἐν πυρετοῖς ὀξέσι, μᾶλλον δὲ καυσώδεσιν, ἀέκουσι δάκρυα παραῤῥεῖ, τούτοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίην προσδέχεσθαι, ἢν μήτ' ἄλλο ὀλεθρίως ἔχωσιν. ἐπὶ τοῖσι δὲ φλαύρως ἔχουσιν οὐχ αἱμοῤῥαγίην, ἀλλὰ θάνατον σημαίνει. καὶ ἡμεῖς ἐξηγησάμεθα τὴν ῥῆσιν ἐν τοῖς εἰς ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ὑπομνήμασιν.

κβ'.

Οἷσι περιτείνεται βλέφαρον, κακόν.

Ἡ αὐτὴ διάθεσις ἐργάζεται τὸ τοιοῦτον βλέφαρον τῇ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἰρημένῃ. δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρὸν καὶ περιτεταμένον. ὅτι δὲ ἐπὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων λέλεκται καὶ τοῦτο καὶ τἄλλα τὰ ἐφεξῆς αὐτοῦ, κατὰ τὸ προγνωστικὸν ὑπ' αὐτοῦ δεδήλωται καὶ κατὰ τήνδε

De lacrimis hujusmodi dictum fane eft et in libro praefagiorum et in aphorifmis; fed accuratius in primo volumine de morbis popularibus, ubi ait: Quibuscunque in acutis febribus, magis autem in ardentibus, involuntarie lacrimae cadunt, his de naribus fanguinis profluvium exfpectandum eft, nifi alia perniciofe habeant; in male autem habentibus non fanguinis profluvium, fed mortem fignificant. Et nos in ejus libri explanationibus hunc fermonem declaravimus.

XXII.

Quibus circumtenduntur palpebrae, malum fignificatur.

Idem affectus talem palpebram efficit, qualis in praefagiorum libro defcriptus eft. Cutis circa frontem dura et praetenfa. Quod autem de acutis morbis hoc et alia deinceps in prognofticorum volumine dicta fint, ab ipfo declaratum fuit et hifce in verbis dicente: Lacrimae in

τὴν ῥῆσιν εἰπόντος, δάκρυον ἐν τοῖς ὀξέσι τῶν φλαύρως ἐχόντων ἑκόντων μὲν χρηστὸν, ἀκόντων δὲ παραῤῥέον κακόν.

κγ'.

Κακὸν δὲ καὶ τὸ ἐπιξηραινόμενον οἷον ἄχνη.

Φαίνεται γινόμενον καὶ τοῦτο ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν, ὅταν ἐσχάτως ᾖ ξηρὰ, σὺν ἀῤῥωστίᾳ δυνάμεως, μικρῶν πάνυ λημυδρίων ἐκπιπτόντων κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἶτ' αὖθις ἐπιξηραινομένων.

κδ'.

[381] *Καὶ τὸ ἀμαυρὸν κακόν.*

Ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὸ ἀμαυροῦσθαι τὰς ὄψεις, ἀῤῥωστίαν καὶ νέκρωσιν σημαίνει τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως.

acutis male habentium voluntarie quidem emanantes bonae funt; involuntarie autem, malae.

XXIII.

Malum quoque quod in oculis inarefcit veluti arida fpuma.

Id quoque in morbis acutis fieri cernitur, quum fumme aridi funt et vires imbecillae, perexiguis lacrymulis ab oculis excidentibus, deinde ibi inarefcentibus.

XXIV.

Oculorum quoque hebetatio ac retufio malum.

In acutis morbis obfcurari oculorum aciem, infirmitatem et interitum viforiae potentiae fignificat.

κέ.

Καὶ τὸ αὐχμηρὸν κακόν.

Ἦν μὲν καὶ τὸ οἷον ἄχνην ἔχον αὐχμηρὸν, ἀλλὰ νῦν, ὅτι κἂν χωρὶς ἄχνης ᾖ, μοχθηρόν ἐστιν ἐδήλωσε.

κστ'.

Καὶ οἱ ῥυτιδούμενοι ἔνδοθεν.

Ὅταν ὁ ἐπιπεφυκὼς ὑμὴν τοῖς κινοῦσι τὸν ὀφθαλμὸν μυσὶν, ὁ μέχρι τῆς στεφάνης ἐκτεινόμενος, ἔκλυτος καὶ χαλαρὸς γένηται, ῥυτιδοῦσθαι συμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔσωθεν. εἰ γὰρ ἔξωθεν ῥυτιδωθεῖεν, εἴη ἂν οὕτω γε τοῦ δέρματος τὸ πάθος. ὅτι δὲ ἀσθενείας καὶ καταψύξεώς ἐστι σημεῖον τὸ τοιοῦτον δηλοῖ καὶ τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν πάνυ γερόντων· ὁρῶνται γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ ῥυτιδούμενοι.

XXV.

Squalor etiam malum.

Erat quidem et habens veluti fpumam fqualidum, fed nunc, etiamfi fine fpuma fit, malum effe fignificat.

XXVI.

Quique intro corrugantur, malum denunciant.

Quando membrana mufculis oculum moventibus agnata, ad circulum ufque coronam appellatum porrecta, diffoluta relaxataque fuerit, tunc oculos interius corrugari accidit: nam fi exterius corrugati fuerint, erit fane cutis ipfius haec affectio. Imbecillitatis autem ac refrigerationis hoc fignum effe teftimonio eft id, quod in valde fenibus contingit; ipforum enim oculi rugofi effe cernuntur.

κζ'.

Οἱ πεπηγότες καὶ οἱ μόγις στρεφόμενοι καὶ οἱ ἐνδεδινημένοι.

Περὶ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ ταῦτα διῆλθεν. οἱ μὲν γὰρ πεπηγότες, ὅπερ ἐστὶν ἀκίνητοι, τελειοτάτην ἐνδείκνυνται νέκρωσιν τῆς κατὰ τοὺς μῦς δυνάμεως, ὑφ' ἧς ἐκινοῦντο πρόσθεν ὅτ' εἶχον κατὰ φύσιν. οἱ δὲ μόγις στρεφόμενοι πλησίον ἥκουσι τῆς τοιαύτης διαθέσεως. οἱ δὲ ἐνδεδινημένοι παραφροσύνην ἢ τρόμον ἐνδείκνυν- [382] ται τῶν τὸν ὀφθαλμὸν κινούντων μυῶν. γίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐν ὀξέσι νοσήμασι κινδυνώδεσι διὰ τὴν τῆς ἀρχῆς κάκωσιν.

κη'.

Καὶ ὅσα ἄλλα παρεῖται.

Τίνα ταῦτ' ἐστὶν ἃ λέγει παρεῖσθαι τῶν συμβαινόντων τοῖς ὀφθαλμοῖς; ἢ δηλονότι τὰ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἰρη-

XXVII.

Concreti etiam oculi quique vix vertuntur et intro convoluti, malum.

De oculis haec quoque diſſeruit. Nam concreti, hoc eſt immobiles, perſectiſſimam ejus potentiae exſtinctionem ſignificat, a qua muſculi, quum naturaliter affecti erant, movebantur. Illud autem et vix verſiles proximum iſti affectum declarat; obtorti autem oculi aut delirium aut tremorem ipſos moventium muſculorum indicant. Haec omnia vero in acutis et periculoſis morbis ob principis membri noxam oboriuntur.

XXVIII.

Et quae caetera praetermittuntur.

Quaenam ſunt haec, quae oculis evenientia omiſſa eſſe dicit? an ſcilicet ea, quae in praeſagiorum volumine

μένα κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. ἢν γὰρ τὴν αὐγὴν φεύγωσιν ἢ δακρύωσιν ἢ διαστρέφωνται ἢ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου ἐλάσσων γίνηται ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχωσιν ἢ πελιδνὰ ἢ μέλαινα φλεβία ἐν ἑωϋτοῖσιν ἢ λῆμαι περὶ τὰς ὄψεις ἢ ἐναιωρούμενοι φαίνωνται ἢ ἐξίσχοντες ἢ ἔγκοιλοι ἰσχυρῶς γινόμενοι. προεξηγησάμεθα δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ σὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ ταῦτα.

κθ'.

Πυρετοὶ οἱ μὲν δακνώδεες τῇ χειρὶ, οἱ δὲ πρηέες, οἱ δὲ οὐ δακνώδεις μὲν, ἐπαναδιδόντες δὲ, οἱ δὲ ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρὸς, οἱ δὲ περικαέες μὲν εὐθέως, οἱ δὲ διὰ παντὸς βληχροὶ, ξηροὶ, οἱ δὲ ἁλμυρώδεες, οἱ δὲ πεμφιγώδεες ἰδεῖν δεινοὶ, οἱ δὲ πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες, οἱ δὲ ἐξέρυθροι, οἱ δὲ ἔξωχροι, οἱ δὲ πελιοὶ καὶ τὰ ἄλλα τοιαῦτα τοιουτότροπα.

Κἀνταῦθα πάλιν ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου προσέθηκε καὶ τὰ ἄλλα τοιαῦτα, διὰ τὸ μόνας αὐτῷ τὰς ἀξιολόγους

per haec verba enumerata funt? Si lucem enim fugiant aut lacrimentur aut invertantur aut alter altero minor fit aut alba rubra appareant aut in ipfis venulas lividas aut nigras habeant aut lippitudines circum oculos aut fi fufpenfi videantur aut prominentes aut valde cavi. Prius autem in eo libro cum aliis omnibus et haec explanavimus.

XXIX.

Febrium quaedam manui mordaces funt, quaedam vero mites. Quaedam non mordaces quidem apparent, fed infurgentes. Aliae autem acutae quidem, fed quae manui cedant. Quaedam illico perurentes, quaedam femper debiles et aridae, quaedam etiam falfuginofae.

Rurfum et hoc loco in fine fermonis adjecit et id genus alia, quoniam ab ipfo folae febrium infignes diffe-

διαφορὰς τῶν πυρετῶν ὑποτετυπῶσθαι. πρώτας μὲν οὖν ἔγραψε τὰς κατ' αὐτὴν τὴν οἰκείαν τῶν πυρετῶν οὐσίαν, οὐσία δὲ αὐτῶν ἐστιν, οὐ καθ' Ἱπποκράτην μόνον καὶ τοὺς ἀρίστους ἰατροὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν κοινὴν πάντων ἀνθρώπων ἔννοιαν ἡ παρὰ φύσιν θερμασία, μάλιστα μὲν εἰς ὅλον ἐκτεταμένη τὸ ζῶον, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ πάντως, ἤτοι γε ἐν τοῖς πλείστοις μορίοις ἢ ἐν τοῖς κυριωτάτοις ὑπάρχουσα· καὶ πολλάκις γε τὸ μὲν ἅπαν δέρμα θερμασίαν οὐδεμίαν σαφῆ ἔχειν φαίνεται παρὰ φύσιν, οὔθ' ἡμῖν τοῖς ἔξωθεν ἁπτομένοις οὔτε τοῖς κάμνουσιν, αἰσθάνονται δὲ αὐτῆς οἱ νοσοῦντες ἐν τῷ βάθει καὶ φασι διακαίεσθαι τὰ σπλάγχνα καὶ πρὸς τούτῳ γε ἔνιοι καὶ ἀσσώδεις εἰσὶ καὶ διψώδεις, καὶ ἄγρυπνοι. νῦν οὖν ὁ Ἱπποκράτης τὰς διαφορὰς τῶν πυρετῶν γράφει, ὅσαι διαγινώσκονται τοῖς ἰατροῖς, οὐκ ἐξ ὧν οἱ κάμνοντες λέγουσι, [383] ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτοὶ διά τε τῆς ἀφῆς καὶ τῆς ὄψεως ἐναργῶς αἰσθάνονται. πρῶται δέ εἰσι καὶ κυριώταται καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν,

rentiae deſignatae ſunt. Primas itaque differentias ſcripſit ab ipſa propria febrium eſſentia acceptas. Eſſentia vero febrium eſt, non ſecundum Hippocratem modo atque praeclariſſimos medicos, ſed etiam ſecundum communem omnium hominum notionem, praeter naturam caliditas, maxime quidem in totum animal effuſa; ſin minus, at omnino vel in plurimis partibus vel in nobiliſſimis accenſa. Saepius namque univerſa cutis nullam evidentem praeter naturam caliditatem, neque nobis exterius turgentibus, neque ipſis laborantibus, prae ſe ferre videtur; ſed in profundo corpore ipſam aegrotantes ſentiunt, viſceraque ſibi incendio flagrare ajunt: nonnulli praeterea et faſtidio afficiuntur et ſiticuloſi ſunt atque pervigiles. Nunc igitur Hippocrates febrium differentias, quaecunque a medicis dignoſcuntur, non ex iis quae laborantes referunt, ſed ex iis quae ipſi tactu viſuque evidenter percipiunt, enumerat. Primae autem ſunt et praecipua et ex propria, ut dixi, febrium eſſentia acceptae, quae per

ὡς ἔφην, τῶν πυρετῶν, αἱ διὰ τῆς θερμασίας. οὐ γὰρ ἐν τῇ τῶν ἀρτηριῶν κινήσει ἡ τῶν πυρετῶν ἐστὶν οὐσία. τοῦτο γὰρ ὅπως ἡμάρτηται τοῖς περὶ τὸν Ἐρασίστρατόν τε καὶ (454) Χρύσιππον, ἤδη μεμάθηκας. ἡ τοίνυν πυρεκτικὴ θερμασία τοῖς ἁπτομένοις τῶν πυρεττόντων σωμάτων ἤτοι δριμεῖα καὶ δακνώδης ἐστὶν ἢ μετρίως ἀνιαρά. τὸ γὰρ ἡδὺ καὶ οἰκεῖον, ὁποῖον ὑπάρχει τῇ κατὰ φύσιν, οὐδέποτε ἔχει. καθάπερ οὖν καὶ ἄλλα πολλὰ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ τὸ ἧττον ἀλλήλων διαφέροντα τοῖς πέλας ἑρμηνεύομεν εὐφημότερον, οὐκ ἀληθέστερον, οὕτω καὶ περὶ τῆς βραχέως ἀνιαρᾶς θερμασίας ἐνίοτέ φαμεν ὡς οὐδὲν ὅλως ἀνιαρὸν ἔχει, προβάλλοντες αὐτὴν τῇ σφοδρὸν ἐχούσῃ τὸ λυπηρόν. ἐνίοτε μὲν οὖν ἡ θερμασία φαίνεται πλείστη τε ἅμα καὶ δριμυτάτη, πολλάκις δὲ ὀλίγη μὲν, οὐκ ἀπολειπομένη δὲ τῆς δριμυτάτης, ἢ πάλιν δριμυτάτη μὲν, οὐ μὴν πολλή γε. καὶ τούτων ἕκαστον ὧν εἶπον ἐνίοτε φαίνεται μετ' ὀλίγον χρόνον, οὐ κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν τῆς χειρός. ὥσπερ γε καὶ μειοῦσθαι τὰ κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν φανέντα

calorem traduntur; neque enim arteriarum motu febrium effentia continetur; hac in re namque quo modo Erafiftratus et Chryfippus hallucinati funt, alias didicifti. Febrilis igitur caliditas febricitantia corpora tangentibus aut acrem mordacemque aut mediocriter moleftam fefe offeret, fuave enim illud atque familiare, quale naturali colori ineft, nequaquam habet. Quemadmodum igitur et alia pleraque majoris minorisque ratione inter fe differentia adftantibus gratiora loquendo, quam veriora, explicamus, ita et caliditatem parum moleftam interdum nihil molefti triftisque habere dicimus, ipfam fcilicet calori valde infefto comparantes. Itaque nonnunquam caliditas plurima juxta atque acerrima videtur, plerumque vero non pauca quidem, fed ab acerrima differens aut rurfum acerrima quidem, fed non multa. Et hae fingulae, quas dixi interdum aliquo tempore poft, non primo ftatim manus impofitu apparent; quemadmodum et quae primo tactu magnae

κατὰ μέγεθός τε καὶ δριμύτητα δόξει σοί ποτε μέχρι χρόνου πλείονος ἐπιβεβλημένης τῷ κάμνοντι τῆς χειρός. καὶ τοίνυν ἐνίοτε μὲν αὐχμηρὰ καὶ κατάξηρος φαίνεται ἡ θερμασία, καθάπερ εἰ λίθου τινὸς ἡψάμεθα θερμοῦ. πολλάκις δὲ φαντασίᾳ τῇ νοτιώδει καὶ ὑγρᾷ πάνυ ἀτμώδης, ὥστ' αἰσθάνεσθαι σαφῶς ἀναφερομένου τινὸς, ἐκ τοῦ τῶν καμνόντων σώματος ἀτμοῦ παμπόλλου καὶ τούτων πάλιν αὐτῶν ὥσπερ καὶ τῶν προειρημένων, ἔνια μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς φανέντα διαμένει, τινὰ δ' ἤτοι προσαυξανομένην ἢ διαλυομένην ἔχει τὴν ἐξ ἀρχῆς φανεῖσαν διαφοράν. ἔνια δὲ καὶ γενομένην ἑτέραν οὐδ' ὅλως ἐξ ἀρχῆς πεφυκυῖαν καὶ διαφθειρομένην τελείως τῶν ἐξ ἀρχῆς ἑωραμένων. αἱ μὲν οὖν κατ' αὐτὴν τῶν πυρετῶν τὴν οὐσίαν διαφοραὶ τοιαῦταί τινές εἰσι. περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἐφεξῆς ὀψόμεθα, πότερον γὰρ ὀρθῶς ἔχει τὰς εἰρημένας ἐφαρμόσαι τῇ λέξει τοῦ Ἱπποκράτους. ἐν τῷ μὲν τοίνυν φάναι, πυρετοὶ μὲν οἱ δακνώδεις τῇ χειρὶ, οἱ δὲ πρηέες, ἐνδείκνυταί σοι τὸν λόγον αὐτῷ γίνεσθαι περὶ τῶν διὰ παντὸς, ἤτοι δακνωδῶν ἢ

acresque vifae funt, nonnunquam per longum tempus, injecta in aegrotantem manu, diminui videbuntur. Igitur fqualida interdum atque valde arida caliditas apparet perinde atque fi lapidem aliquem calefactum tangamus; plerumque vero roridam fe humectatam et halituofam repraefentat, ut halitus quidam permultus ex laborantium corpore emanans perfpicue fentiatur. Atque horum rurfus ipforum quemadmodum et praedictorum quaedam ftatim ab initio apparentia perfeverant, nonnulla vero aut augefcentem aut decrefcentem, quae ab initio apparuit, qualitatem habent, nonnulla et alteram nequaquam a principio vifam ac penitus ab iis, quae a principio apparuerunt, differentem. Differentiae itaque ab ipfa febrium effentia acceptae hujusmodi funt. De reliquis autem pofterius videbimus; prius enim bene eft enumeratas differentias Hippocratis verbis accommodare. Quum dicit igitur, febres quidem aliae manui mordaces, aliae vero mites, tibi fignificat ab ipfo de febribus in totum mor-

πρηέων φαινομένων. ἐπιφέρων γοῦν λέγει, οἱ δὲ οὐ δακνώδεες μὲν, ἐπαναδιδόντες δὲ, δηλῶν ἐνταῦθα τοὺς ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐ φανέντας δακνώδεις ἐπικειμένῃ τῇ χειρὶ μέχρι πλείονος αἴσθησιν ἐργαζομένους δακνώδη. τούτοις δ᾽ ἔμπαλιν ἔχουσιν ἐφ᾽ ὧν φησιν, οἱ δὲ ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός. ἐν ἀρχῇ γὰρ φανέντες ὀξεῖς ἐκλύονται κατὰ βραχύ. τὸ δὲ ὀξέες ἐπὶ τῆς ταχέως ἀπαντώσης τῇ χειρὶ θερμασίας, ἐνδεικνυμένης τε τὴν ἑαυτῆς κίνησιν ὠκεῖαν, ἀκούειν σε χρὴ, καθάπερ ὀξεῖς τινὰς ὀνομάζομεν δριμεῖς, ἐν ἴσῳ τῷ ταχεῖς, ὀξέα τε νοσήματα λέγομεν, ὅσα ταχέως διεξέρχεται τοὺς ἰδίους καιροὺς ἄχρι τῆς τελευτῆς, εἴτε χερσὶν εἴτε χειρὶ λέγοις πρὸς τῷ τὰς εἰρημένας διαφορὰς γινώσκειν, οὐδὲν διοίσει. δῆλον μὲν γὰρ ἦν τῷ γε νοῦν ἔχοντι τὰς τοιαύτας διαφορὰς οὐ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ ταῖς χερσὶν αἰσθητὰς εἶναι. προστιθέασι δὲ ἅπαντες ἄνθρωποι καὶ τὰς τοιαύτας προσθήκας, ἐνίοτε [384] φύσει πρὸς τοῦτο ἀγό-

dacibus aut mitibus apparentibus ſermonem fieri. Subjiciens igitur, inquit, aliae non mordaces quidem, ſed poſt inſurgentes, per haec verba ſignificans, febres initio mordaces diutius inhaerente manu, mordacitatis ſenſum inferentes; contra vero atque iſtae illae ſe habent, de quibus dicit: aliae acutae quidem, ſed a manu victae, initio enim acutae quum apparuerint, paulatim remittuntur. Eam autem dictionem acutae, de caliditate celeriter manui occurente ſuumque ipſius velocem motum oſtendente te intelligere opus eſt: quemadmodum acutos aliquos et acres nominamus; quod idem eſt ac ſi celeres dixeris. Acutos etiam morbos dicimus, quicunque propria tempora uſque in finem velociter pertranſeunt. Sive autem manibus ſive manui dicas, ad cognoſcendas praedictas differentias nihil refert; quandoquidem mentem ſanam habenti clarum eſt, id genus differentias non oculis, ſed manibus ſenſiles eſſe. Adjiciunt autem et omnes homines quandoque hujusmodi appendices, ad hoc natura

μενοι, συναυξανούσας τὴν ἐνέργειαν τῶν λεγομένων καὶ μάλιστα ἐπ᾽ ἐκείνων τῶν πραγμάτων, ἐφ᾽ ὧν ἐστὶ διὰ τεκμηρίων τινῶν καὶ σημείων εὑρεῖν τὸ ζητούμενον, οὐκ αἰσθητὴν ποιήσασθαι τὴν διάγνωσιν. οὕτως οὖν καὶ ὁ Ἱπποκράτης οὐ μόνον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου τῶν χειρῶν ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ κἀν τῷ φάναι, οἱ δὲ ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός. ἐφεξῆς δὲ τὴν κατὰ μέγεθος αὐτῶν διαφορὰν ἐνδεικνύμενος ἔφην, οἱ δὲ περικαέες εὐθέως, οἱ δὲ διὰ παντὸς βληχροί. κατά τι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη φαντασία γίνεται τοῖς ἁπτομένοις, ὡς ἤτοι πολλὴν εἶναι δοκεῖν ἢ ὀλίγην τὴν θερμασίαν, αὖθις ὀψόμεθα, νυνὶ δ᾽ ὅτι φαίνεται μόνον εἰπεῖν ἀρκέσει. καθάπερ γὰρ ἐκτὸς, εἰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τις ἐγκαλύψας ἅψαιτο φλογὸς, ἤτοι πολλῆς αἰσθάνεται τῆς κατ᾽ αὐτὴν οὐσίας ἢ ὀλίγης, οὐδεμιᾶς ἐν τῇ ποιότητι τῆς θερμασίας αἰσθανόμεθα διαφορᾶς, οὕτως ἔχει κἀπὶ τῶν πυρετῶν. ἐνίοτε γὰρ ἡ μὲν κατὰ τὴν ποιότητα διάγνωσις τῆς θερμασίας ἡ αὐτὴ φαίνεται τῇ καθ᾽ ἕτερόν τι σῶμα, διαφέρειν δ᾽ ἀλλήλων δοκοῖσι ποσότητι. τῶν δ᾽ ἐφεξῆς

ducti, quae dictorum evidentiam augeant et in illis rebus maxime, in quibus per conjecturas quasdam et ſigna, non per ſenſoriam cognitionem, quod quaeritur, invenire licet. Ita ergo et Hippocrates non ſolum ſermonis initio manuum meminit, ſed etiam cum dixit: aliae acutae quidem, ſed quae a manu vincuntur. At deinceps febrium in magnitudine differentiam demonſtrans, inquit, aliae ſtatim perurentes, aliae in totum debiles, ob quid igitur hujusmodi imago tangentibus ſeſe offerat, ut multa aut pauca caliditas videatur, in poſterum rejiciamus; nunc ſolum quod ita appareat dixiſſe abunde eſt. Quemadmodum enim in externis, ſi oculis quis velatis flammam tetigerit aut multam ſentiet ipſius ſubſtantiam aut paucam, nullam in clarioris qualitate differentiam percipiens. Hoc itidem modo in febribus habet; interdum namque caloris ſecundum qualitatem dignotio eadem cum illa apparet, quae in alio corpore fit, ſed multitudine inter ſe differre videntur. Ex verbis autem ſequentibus

εἰρημένων, τὸ μὲν ξηροὶ σαφὲς ἱκανῶς ἐστὶ, τὸ δ' ἁλμυρῶδες ἀσαφές. οὐ γὰρ ἁφῆς αἰσθητὸν, ἀλλὰ τῆς γεύσεως μόνης τὸ ἁλμυρόν ἐστι. ἔστι δὲ μᾶλλον ἀσαφὲς τὸ ἐφεξῆς εἰρημένον, ἔνθα φησὶν, οἱ δὲ πεμφιγώδεες ἰδεῖν δεινοί. εὑρίσκομεν δὲ ἐνταῦθα διάφορον τὴν γραφήν. ἐν μὲν τοῖς πλείστοις τῶν ἀντιγράφων προκειμένου τοῦ ἰδεῖν τῷ πεμφιγώδεες, ἐν ὀλίγοις δὲ μετὰ τὸ ἰδεῖν καὶ τὸ δεινοὶ προσγεγραμμένον. μόνον δὲ τῶν ἐξηγητῶν εὗρον οὕτως γεγραμμένον εἰδότα Σαβῖνον, ᾧ καὶ Μητρόδωρος ἠκολούθησεν ὅσοι τ' ἀπ' αὐτῶν εἰσὶ μέχρι νῦν. καὶ μὴν κατ' ὀλίγιστα τῶν ἀντιγράφων εὗρον ἁπλῶς γεγραμμένον, οἱ δὲ πεμφιγώδεες, οὔτε τοῦ ἰδεῖν οὔτε τοῦ δεινοὶ προσγεγραμμένου. τοὺς μὲν οὖν ἁλμυρώδεας ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἄγων τις ἐρεῖ τοὺς ὀδαξησμόν τινα ποιοῦντας εἶναι τοῖς ἁπτομένοις, ὥσπερ ὑφ' ἅλμης τε καὶ πάντων τῶν ἁλμυρῶν γίνεται σωμάτων. τοὺς δὲ πεμφιγώδεις, τοὺς πνευματώδεις. αἰσθανόμεθα γὰρ πολλάκις ἀναφερομένης διὰ τοῦ τῶν πυρεττόν-

[396] Τῷ παροχετεύειν ἀκόλουθον ἦν ἐπενηνέχθαι τὸ ἀντισπᾷν, ἔπειθ᾽ οὕτω διδάσκειν ὅπως ἄν τις ἄριστα ποιήσαιτο τὴν ἀντίσπασιν. ὁ δ᾽ Ἱπποκράτης ὑπερβὰς τὸ ἀντισπᾷν εἰπεῖν εὐθέως ἧκεν ἐπὶ τὸ χρησιμώτατον ἐγνῶσθαι τοῖς μέλλουσι καλῶς ἀντισπᾷν τοὺς κακῶς ἐπί τι μόριον ὁρμήσαντας χυμούς. οὐ γὰρ ἐπιμένειν χρή γε τοῖς ἀντισπῶσι βοηθήμασι διὰ παντὸς, ἀλλὰ παρεντιθέναι τινὰ καιρὸν, ἀργὸν τῶν ἀντισπώντων, ἵνα τὸν φθάσαντα χυμὸν ἐστηρίχθαι κατὰ τὸ πάσχον μόριον ἐάσωμεν ἐκκριθῆναι. διαμείνας γὰρ ἐν αὐτῷ διττῶς ἀνιάσῃ, τὸ μέν τι τῷ πλήθει διατείνων, τὸ δέ τι τῇ ποιότητι λυπῶν. ἐὰν δὲ ἐάσαις

ut ſi vomitus etiam retraxerimus, ad uterum aut veſicam aut ſedem incitantes.

VIII.

Derivare, cedentem ſtatim revellere, renitentia emollire.

Conſentaneum erat, ut derivationi revulſionem ſubjungeret ſicque deinde pro quo modo quis optime revulſionem faceret, edoceret. Sed Hippocrates revulſionem ſilentio praeteriens, illico ad illud ſe contulit, quod bene revulſuris humores male in membrum aliquod irruentes, utiliſſimum cognitu erat. Neque enim ſemper in retrahentibus auxiliis permanendum eſt, ſed aliquod tempus, quod retrahentibus vacet, interponere oportet; ut ſuccum, qui in affecto membro prius inhaeſerit, excerni permittamus: in membro enim remanens, ipſum bifariam contriſtabit et multitudine diſtendens et qualitate diſcrucians. At ſi humores in particulam prius illatos exire permiſeris,

ἐκκριθῆναι τοὺς φθάσαντας ἐπὶ τὸ μόριον ἐνηνέχθαι χυμοὺς, ἐλευθερώσεις αὐτὸν τοῦ πόνου. ῥᾷόν τ' ἀνύσεις τι τοῖς ἀντισπαστικοῖς βοηθήμασιν, οὐκέτ' ἐφ' ἑαυτὸ διὰ τὸν πόνον ἐρεθίζοντος τοὺς χυμοὺς τοῦ μορίου πρὸς τὴν ῥοπὴν ἣν ἐξ ἀρχῆς οὐκ ὀρθῶς ἐπεποίηντο.

θ'.

Ἄλλον χυμὸν μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, τὸν δὲ ἰόντα συνεκχυμοῦν, ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. τὰ ἀνόμοια ἢν ῥέπη ἄνωθεν ἀρθέντα, κάτωθεν λύειν καὶ τὰ ἐναντία ταῦτα, οἷον κεφαλῆς κάθαρσις, φλεβοτομίη, ὅτε οὐκ εἰκῆ ἀφαιρέεται.

Τὸ μὲν ἄλλον χυμὸν, μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, εὔδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἐμάθομεν ἐν ἀφορισμοῖς τε καὶ ἐν τοῖς περὶ χυμῶν. ἐὰν μὲν γὰρ ὁ λυπῶν ἐκκρίνηται συμμέτρου τῆς κενώσεως οὔσης, δέχεσθαι χρὴ μηδὲν αὐτὸν περιεργαζόμενον. ὥσπερ εἰ καὶ

ipſam dolore liberabis faciliusque revulſoriis auxiliis aliquid proficies, non amplius in ſe ipſum membro propter dolorem ſuccos proritante, ultra eam, quam a principio non recte acceperant, inclinationem.

IX.

Humorem alium non prodeuntem educere oportet, prodeuntem vero una ex vaſis effundere, ſimile quoddam opus facere, velut ſi dolor dolore ſedetur. Diſſimilia ſi ſurſum ſublata tendant per inferiora ſolvere convenit, atque his contraria facere, veluti purgatio, venae ſectio, ſi quando non inconſulto detrahatur.

Alium quidem ſuccum non exeuntem ducere, ex iis patet, quae in aphoriſmis et in libro de ſuccis tradita ſunt. Nam ſi humor infeſtans excernatur, cum moderata eſt evacuatio, id nihil aliud curantem admittere oportet, quemadmodum ſi immodica fuerit, ipſum medicum aliquid

μὴ συμμέτρως γένοιτο πράττειν αὐτόν τι, ποτὲ μὲν ἐπέχοντα τὸ πλῆθος, ποτὲ παροξύνοντα τὸ τῆς κενώσεως ἐλλιπὲς, ὅπερ ὠνόμασεν αὐτὸς τὸν ἰόντα συνεκχυμοῦν. ἐκχυμώσεις γὰρ εἴωθε τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις καὶ κενώσεις ὀνομάζειν, (459) τὸ δὲ ἐργάσασθαι μεμάθηκας ἐπὶ τοῦ μεταλλάττειν ἢ μιγνύναι λεγόμενον. ἄδηλον οὖν εἴτε τῷ προειρημένῳ συντακτέον εἴτε τῷ ἑξῆς εἰρημένῳ αὐτὸ προσακτέον, ἑκατέρως γὰρ οὐκ οἰκείως φαίνεται λέγεσθαι. διὸ καί τινες μὲν ὡς ἑπόμενον αὐτὸ τοῖς προειρημένοις ἐκείνοις συνῆψαν, εἶτ' ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς, τὸ ὅμοιον οἷον ὀδύνην ἡ ὀδύνη παύει. τινὲς δὲ ἀρχὴν ἐποιήσαντο τῶν ἐφεξῆς τὸ [397] ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον. ἐπεὶ δὲ, ὡς ἔφην, ἑκατέρως λεγόμενον οὐδετέρως ἐστὶ πιθανὸν, ἐπὶ τοῦ μεταγράφειν αὐτὸ παρεγένοντο πολλοὶ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ὅσα καθ' ἓν ὄνομα τὴν ἀσάφειαν ἔχει. καὶ τινὲς μὲν τὴν δευτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ γ καὶ ι γράφουσιν, ὀργίσασθαι, τινὲς δὲ τὴν πρώτην διὰ τοῦ ε καὶ ρ, τὴν δὲ δευτέραν διὰ τοῦ γ

facere necesse est, nonnunquam evacuationis redundantiam supprimentem, nonnunquam ejus defectum incitantem, quod ipse nominavit exeuntem *συνεκχυμοῦν*, hoc est una effundere. Consuevit enim ecchymoses appellare ex vasculis effusiones et inanitiones; facere autem idem, quod permutare aut miscere, significare didicisti. Ambiguum vero est, utrum antedictis connectendum sit an deinceps dicto applicandum, utroque enim modo non proprie dici videtur; atque ideo nonnulli ipsum tanquam consequens antedicta cum illis conjunxerunt; deinde ab altero principio posuerunt, simile, ut dolorem dolor sedat. Verum alii sequentium principium hoc fecerunt, facere simile. Quoniam vero, ut dixi, utroque modo dictum neutro verisimile est, multi ad ipsius scripturam permutandam se converterunt, quemadmodum et alia, quaecunque uno in nomine obscuritatem continent. Et nonnulli quidem per *o* et *ρ* primam syllabam, secundam vero per *γ* et *ι* scribunt, *ὀργίσασθαι*, id est irasci; alii primam syllabam per

καὶ α, ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον. εἶτ᾽ ἐφεξῆς φασιν ἐν παραδείγματος μοίρᾳ λελέχθαι τὸ οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. γέγραπται μὲν οὖν τοῦτο κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὀρθῶς δὲ ἐν τοῖς κατὰ Διοσκορίδην οὐ γέγραπται. φαίνεται μὲν γὰρ ὡς ἐξηγήσει προσγραφὲν ὑπό τινος, αὖθις δὲ εἰς τοὔδαφος ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι. τό γε μὴν διὰ τοῦ γ καὶ ι γραφόμενον ὀργίσασθαι πάνυ κακόζηλόν ἐστι καὶ πόῤῥω τῆς Ἱπποκράτους ἑρμηνείας, ἐάν τε ἐφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν ἐάν τε ἐπὶ τῶν θεραπευομένων λέγηται μορίων ἐάν τε ἐπὶ τῶν χυμῶν. τὸ γὰρ οἷον εἰς ὀργὴν αὐτὰ προτρέψαι καὶ ἐπεγεῖραι πρὸς τὴν ἔκκρισιν ἡγοῦνται δηλοῦσθαι διὰ τοῦ ὀργήσασθαι ῥήματος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐκαταφρόνητα καὶ σμικρὰ, καθάπερ καὶ πάνθ᾽ ὅσα περὶ τῆς λέξεως ἐξήγηται, τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας φυλαττομένης. ἐὰν δὲ κἀκεῖνα κινῆται, φευκτέον ἡμῖν ἐστὶ τὰς τοιαύτας γραφὰς, ὥσπερ κἀνταῦθα, σχεδὸν ἁπάντων τῶν ἐξηγητῶν προσιεμένων, θεραπείας τινὰς ἐνίοτε διὰ τῶν ὁμοίων γίνεσθαι, καὶ μὴ διὰ παντὸς ὑπὸ τῶν ἐναντίων,

ε et ρ, fecundam per γ et α, ἐργάσασθαι, hoc eft facere. Deinde ajunt, deinceps loco exempli additum fuiffe illud, veluti dolorem dolor fedat. Sane ita in multis codicibus fcriptum reperitur, fed recte in Diofcoridis exemplaribus fcriptum non eft: videtur enim ab aliquo explanationi adjectum fuiffe, poftea vero inter auctoris ipfius verba ab libri fcriptore fuiffe infertum. Verum, quod per γ et ι fcriptum eft, ὀργίσασθαι, id eft irafci, affectatum admodum et ab Hippocratis elocutione longe alienum eft, five de nobis ipfis, five de iis, quae curantur membris, five de humoribus dicatur: nam ipfa veluti ad iram concitare et ad expulfionem ftimulare, fignificari ajunt per hoc verbum ὀργίσασθαι. Sed haec contemnenda exiliaque funt, quemadmodum et reliqua omnia, quae incolumi rerum veritate de vocabulis difputantur. Quod fi et ipfae res labefactentur, hujusmodi a nobis fcripturae fugiendae funt, ficut hoc loco omnibus fere interpretibus curationes quasdam interdum per fimilia fieri concedentibus et non fem-

ὅπερ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὑπονοήσας τινὰς οἰήσεσθαι δι' ἑνὸς παραδείγματος ἐνεδείξατο τὴν ἀπάτην αὐτῶν, ἐν ἀφορισμοῖς γράψας· ἔστιν ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος, νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται, θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται. ψυχρὸν γὰρ πάθος ὄντα τὸν τέτανον ὁμοίῳ βοηθήματι δόξει τις λύεσθαι, ψυχρὸν ὕδωρ καταχέων αὐτῷ. τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει, θερμασίας γὰρ ἐπανάκλησιν ποιησάμενον ὠφελεῖ, ὡς εἴ γε μὴ ποιήσαιτο ταύτην, ἐσχάτως βλάψει. ὥσπερ δὲ τοῦτο δοκοῦν εἶναι βοήθημα ψυχρὸν τῷ θερμαίνειν ὠφελεῖ ποτὲ πάθος ψυχρὸν τὸν τέτανον, οὕτως ἕτερα θερμαίνοντα κατὰ συμβεβηκὸς ψύχει, διαφοροῦντα τὴν πυρώδη θερμασίαν. καί μοι περὶ τούτων ἐν ὅλῃ τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ γέγραπται, διὰ τῶν ἐναντίων βοηθημάτων τῷ πάθει τὴν θεραπείαν ἐπιδεικνύντι γίνεσθαι διὰ παντός. οἱ δὲ δι' ὀδύνης μείζονος ἡγούμενοι θεραπεύεσθαι τὴν ἐλάσσονα μέγιστόν τι παρορῶσιν. οὐ γὰρ ἡ ὀδύνη τὴν θεραπείαν ἐργάζεται τῆς ὀδύνης, ἀλλὰ τὸ σὺν τῇ ὀδύνῃ βοήθη-

per a contrariis, quod ipfe Hippocrates fufpicatus alioquin quosdam opinaturos, unico exemplo eorum deceptionem indicavit in aphorifmis fcribens: Quandoque in nervorum diftentione fine ulcere juveni carnofo, aeftate media, frigidae multae infufio caloris revocationem facit; calor autem haec fanat. Frigidum namque affectum nervorum diftentionem fimili auxilio fe curare quispiam putaverit, fi frigida ipfum aqua confperferit; id vero haud ita habet, nam retractionem caloris efficiens juvat, quam nifi efficeret, fummam noxam inferret. Atqui ficuti hoc auxilium frigidum effe cum videatur, calefaciendo, nonnunquam frigidum morbum nervorum diftentionem tollit, ita alia contra calefacientia ex accidenti refrigerant, igneum calorem digerentia; de his vero mihi in omnibus de methodo curativa libris late difputatum eft, per auxilia affectui adverfantia femper curationem fieri declaranti. Sed qui majori dolore minorem curari arbitrantur, mirifice falluntur, neque enim dolor dolorem curat, fed remedium,

μα τοῦ ποιοῦντος αὐτὴν πάθους. ἔμαθες γὰρ ὡς οὐδενὸς συμπτώματος ἡ θεραπεία γίνεται πρώτως, ἀλλ' ἀεὶ τῆς ἐργαζομένης αὐτὸ διαθέσεως. εἰ δέ τις οὐδέποτε μὲν πρώτως, ἐνίοτε δὲ κατὰ συμβεβηκὸς φαίη τὰ ὅμοια τῶν ὁμοίων εἶναι θεραπευτικὰ, διὰ μέσων τῶν πρώτως ἐναντίων, ἀληθῆ τέ φησι καὶ μεμάθηκας ἐπιστημονικῶς αὐτὸ διά τε τῆς θεραπευτικῆς πραγματείας καὶ προσέτι διὰ τῶν εἰς τοὺς ἀφορισμοὺς ὑπομνημάτων. ὃ δὲ λέγουσί τινες ὡς καύσας τις ἰσχίον, ὡς ἐπὶ τῶν ἰσχιαδικῶν, δι' ὀδύνης ὀδύνην ἰάσατο, πρόδηλον ἔχει τὴν ἀτοπίαν. οὐ γὰρ διὰ τὴν ὀδύνην ἐθεραπεύθη τὸ πάθος, ἀλλὰ διὰ τὴν καῦσιν, ᾗ συμβέβηκε κατὰ τύχην ὀδύνη. θλάσας γέ τοί τις ἢ τεμὼν ἢ ὅπως [398] ἑτέρως εἰς ὀδύνην ἀγαγὼν τὸ μόριον οὐκ ἂν ἰάσαιτο. καίτοι γ' εἴπερ ἦν ἡ ὀδύνη τῆς ὠφελείας αἰτία, διὰ παντὸς ἂν ἐθεράπευσε ἰσχιάδας. οὕτω δὲ καὶ τὸν ὀδυνώμενον ὀδόντα δι' ὀδοντάγρας κομισάμενός τις, ἀνώδυνον εἰργάσατο τὸν ἄνθρωπον, οὐ διὰ τὴν γενομένην ὀδύνην διαι-

quod cum dolore affectum doloris auctorem delet. Nam alibi didicifti, nulli fymptomati primario, fed ipfum creanti affectui curationem femper deberi. Quod fi quis neutiquam primo, fed interdum ex accidenti fimilia fimilibus curari per media illa, quae primo contraria funt, dixerit, ifte vera dicit, idque ita effe et ex libro de ratione curandi per fcientiam didicifti et adhuc ex noftris in aphorifmos commentariis. Quod vero aliqui dicunt quempiam, coxa adufta, ut in coxendicis morbo contingit, dolore dolorem fanaviffe, nimirum perfpicue abfurdum eft; neque enim a dolore, fed ab exuftione, cui forte dolor adjunctus erat, aegritudo fanata fuit. Nam fi quispiam contudiffet aut fecuiffet aut quocunque alio modo dolorem membro intuliffet, nequaquam ipfum fanare potuiffet; atqui fi dolor fanitatis auctor effet, undelibet excitatus coxendicis morbum tollere debuiffet. Eodem modo et dentem dolore vexatum fi quis evellens, hominem dolore liberet, non per dolorem in extrahendo dente con-

ρουμένου τοῦ ὀδόντος, ἀλλὰ διὰ τὴν διαίρεσιν ᾗ συνυπῆρχεν ἡ ὀδύνη, ὡς εἴ γε καὶ χωρὶς ὀδύνης ἦν ἐξελεῖν αὐτὸν, ὁμοίως ἂν ὁ κάμνων ἀνώδυνος ἐγένετο. καθάπερ γε καὶ χωρὶς ἐξαιρέσεως, ἐὰν θλίβων τις ἢ διακινῶν αὐτὸν ὀδυνήσῃ, τὸ μὲν ἄλγημα σφοδρότερον ἐποίησεν, οὐδὲν δὲ ὠφέλησεν. ἑκατέρωσε τοίνυν εὔδηλόν ἐστιν ἀνωφελῆ τοῖς ὀδυνωμένοις εἶναι τὴν ὀδύνην, ὅσον ἐφ' αὑτῇ. διά τε γὰρ τῶν ἀνωδύνων βοηθημάτων πολλὰ θεραπεύεται τῶν ὀδυνωμένων μορίων, ἐφ' ἑτέρων τε πολλάκις ὀδύναι μεγάλαι, διὰ τῶν προσφερομένων ἔξωθεν γινόμεναι, παῦλαν οὐδεμίαν τοῖς διά τι πάθος ὀδυνωμένοις ἐπιφέρουσιν. ἓν γὰρ μόνον ἐστὶ τὸ ἰώμενον, ὅπερ ἂν ἐκκόπτῃ τὴν διάθεσιν ὁπωσοῦν, ἐάν τε χωρὶς ὀδύνης, ἐάν τε σὺν ταύτῃ· κατὰ δὲ τὸν αὐτῆς λόγον ὀδύνη παύειν ὀδύνην οὐ πέφυκεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν παροξύνειν. τοῦτο μὲν οὖν τὸ παράδειγμα φανερῶς ἐστὶ κίβδηλον, ἐφ' ἕτερον δέ τι μεταβάντες ὧν εἰρήκασι καὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον μοχθηρίαν θεασώμεθα. φασὶν οὖν ἔμετον ἐμέ-

citatum, fed per extractionem, cui dolor conjunctus erat, id affecutus fuit, quoniam fi citra dolorem etiam dentem eximere potuiffet, pariter aegrotans a dolore liber evafiffet, quemadmodum fi et absque evulfione quis dentem premens aut quatiens dolorem irritet, dolorem quidem acerbiorem reddiderit, nihil tamen levamenti attulerit. Utrinque apparet igitur, quantum in ipfo eft, inutilem dolentibus effe dolorem. Etenim per auxilia anodyna vocata, hoc eft dolorem fedantia, multa dolentia membra fanantur; in aliis vero plerumque dolores magni per exterius adhibita illati ex aliquo affectu, dolentibus nullum laxamentum praebuerunt; unum enim folum eft, quod medeatur, quod affectum utcunque, five citra dolorem, five cum dolore exfcindit; dolor vero fuapte natura non dolorem fedare, fed contra omnino irritare idoneus eft. Hoc igitur exemplum evidenter falfum eft; verum ad alterum quoddam eorum, quae ifti dicunt, tranfeuntes illius quoque abfurditatem contemplemur. Dicunt igitur

τῳ θεραπεύεσθαι πολλάκις καὶ κλυστῆρι δριμεῖ διαχωρήματα δακνώδη. ἔστι δὲ κἀνταῦθα μία μὲν ἴασις ἐκκόψαι τὴν διάθεσιν, ὑφ᾽ ἧς ἤτοι ναυτιώδεις εἰσὶν ἢ συνεχῶς ἐξίστανται δακνόμενοι. γίνεται δὲ τοῦτο διττῶς, ὡς ἔμαθες, καθ᾽ ἕνα μὲν τρόπον ἐκκενωσάντων ἡμῶν τοὺς χυμοὺς, ὅσοι τήν τε ναυτίαν καὶ τὴν τῶν ἐντέρων δῆξιν εἰργάσαντο. καθ᾽ ἕτερον δὲ, πεψάντων τε καὶ μεταβαλλόντων εἰς ποιότητα χρηστὴν ἢ ἐπικερασάντων. ἐδείχθη δὲ κἀπὶ τούτων ἡ ἴασις ὑπὸ τῶν ἐναντίων γινομένη. τό τε γὰρ ὅλως ἐκκενῶσαι τὴν ἀλλότριόν τε καὶ παρὰ φύσιν χυμὸν ἐναντίον ἐστὶ τῷ ἴσχειν, ἥ τε κατὰ ποιότητα μεταβολὴ διὰ τῆς ἐναντίας γίνεται ποιότητος. ἀλλ᾽ οὐ χρὴ ζητεῖν ἐνταῦθα, δεδειγμένου καθ᾽ ὅλην τὴν θεραπευτικὴν μέθοδον, ἀεὶ διὰ τῶν ἐναντίων γίνεσθαι τὴν θεραπείαν. ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἀπό τε τῶν ἐμπειρικῶν καὶ τῶν μεθοδικῶν λόγων ἀναγόμενοι διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν αὐτὸ, παραπλησίους λέγοντες λόγους, οὓς ἄρτι

vomitum vomitu et acri clyftere mordaces dejectiones faepe curari. Eft vero et in hoc cafu una fane curatio affectum exfcindere, ob quem vel naufeabundi funt vel crebro inteftinorum morfu ftimulati, ad exonerandum ventrem confurgunt. Id autem, ut didiciftis, bifariam fit, uno quidem modo nobis eos humores evacuantibus, qui et naufeam ftomacho et inteftinis morfum inferunt; altero autem eos cum coquentibus et in optimam qualitatem mutantibus aut contemperantibus. Oftenfum vero eft et in his medicationem per contraria fieri: nam prorfus evacuare alienum naturaeque inimicum humorem, ejusdem retentioni contrarium eft et qualitatis mutatio per contrariam qualitatem fit. Caeterum hujusmodi quaeftionis agitandae hic locus non eft, cum in omnibus curativae methodi voluminibus femper a contrariis curationem fieri demonftravimus. At quoniam faepius empiricorum methodicorumque rationibus adducti quidam hoc medicinae fundamentum impugnare atque evertere conantur, rationes proxime

διῆλθον, ἴσως ἄμεινόν ἐστι μετὰ τὸ συμπληρῶσαι τὴν ἐξήγησιν τοῦ προκειμένου, ποιῆσαί τι βιβλίον, ἐν ᾧ δειχθήσεται τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα ὑπάρχοντα μόνα πρώτως τε καὶ καθ' ἑαυτά. κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ καὶ φαλακρὸς ἰατρὸς φαλακρὸν ἄῤῥωστον ὅμοιος ὅμοιον ἰᾶσθαι δύναται καὶ φοξὸς φοξὸν καὶ χωλὸς χωλόν. τὸ δὲ γενησόμενον βιβλίον ἐπιγραφήσεται περὶ τοῦ καλῶς ὑπὸ Ἱπποκράτους εἰρῆσθαι, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα. νυνὶ δ' ἀφικόμεθα πάλιν ἐπὶ τὴν τῆς προκειμένης ῥήσεως ἐξήγησιν, ἐν ᾗ διὰ τοῦ ε καὶ ρ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἔφην ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις γεγράφθαι, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς παλαιοτάτους ἐξηγητὰς ἐπίστασθαι ταύτην. ἐφυλάξαντο δὲ αὐτὴν καὶ οἱ περὶ τὸν Διοσκορίδην καίτοι πολλὰς τῶν ἀρχαίων γραφῶν ὑπαλλάττοντες. εἴη ἂν οὖν ὁ Ἱπποκράτης ὡς ἐν ὑπομνήματι γεγραφὼς ἑαυτῷ [399] καθάπερ ἄλλας πολλὰς συμβολικῶς τε καὶ βραχέως, οὕτω καὶ τὸ ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον (460) προειρηκὼς ὡς ἐνίοτε βέλτιόν ἐστι συμπράττειν τοῖς κρινομένοις, ἐπήνεγκεν ὁρμᾶσθαι τὸ ὅμοιον,

dictis fimiles afferentes, fortaffe melius fuerit, poftquam praefentis libri explanationem abfolvero, libellum aliquem componere, in quo apertiffime demonftretur, contraria fola primo atque per fe contrariorum effe remedia, ex accidenti namque calvus medicus calvum aegrotantem, fimilis fimilem medicari poteft et ob longi acutique capitis aegrotantem et claudus claudum. Futuri autem libri infcriptio talis erit: Quod recte ab Hippocrate dictum fit contrariorum contraria effe remedia. Nunc iterum ad propofitae vocis declarationem revertamur, in qua per ε et ρ primam fyllabam in veteribus codicibus fcriptam effe et hanc vetuftiffimos interpretes agnofcere dicebamus. Hanc vero et Diofcoridis fectatores fervaverunt, quamvis multas ex antiquis fcripturis permutarent. Hippocrates igitur, ut per commentarium fibi ipfi, quemadmodum et alia multa conjecturaliter ac breviter, ita et hoc forte fcripfit, facere fimile, cum praedixiffet, nonnunquam melius effe iis quae vacuantur, auxiliari, fubdidit, efficere

τουτέστιν ἀναμίξαι τῷ κενουμένῳ καλῶς χυμῷ τὸ ὅμοιον. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ τὸ ἐπιφερόμενον αὐτῷ, τὰ ἀνόμοια, κατὰ τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐξηγήσασθαι. καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀνομοίους χυμοὺς συνεκχυμοῦν προσήκει τοῖς καλῶς κενουμένοις. εἰ δὲ κἀπὶ τοῦ μεταβάλλειν καὶ ἀλλοιῶσαι καὶ πέψαι βούλοιτό τις ἀκούειν τὸ ἐργάσασθαι, καὶ οὕτω ἂν ἔχοι νοῦν ἰατρικὸν ἡ λέξις. ἐὰν γὰρ ἐκκρίνηταί τις καλῶς χυμὸς, συνεκχυμῶσαι τούτῳ, τουτέστιν ἐξομοιῶσαί τε καὶ συνεκκρῖναι προσήκει τοὺς δεομένους κενώσεως, ἐάν τε ὁμοιότητά τινα ἔχωσι πρὸς αὐτὸν, ἐάν τε ἀνομοιότητα, δυνατόν ἐστι καὶ διελόντα τὴν λέξιν ὡς τελευτὴν ποιήσασθαι τῆς προτέρας ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, τῆς δὲ δευτέρας, ἐπ' αὐτὴν πάλιν ἀρχὴν ποιήσασθαι τήνδε, τὰ ἀνόμοια, εἰ ῥέποι ἄνω ἀρθέντα, κάτω λύειν, ὡς εἶναι τὴν διάνοιαν τοιάνδε, τὰ ἀνόμοια ὑγρὰ τοῖς μορίοις εἰς ἅπαν, ἄνω μὲν ἀρθέντα, κάτω λύειν, εἰ δὲ κάτω ῥέψειεν, ἀντισπᾷν ἄνω, νοούντων ἡμῶν ἀνόμοια λελέχθαι, τὰ τοῖς τόποις οὐκ οἰκεῖα. τὴν δ'

fimile, hoc eft commifcere cum eo, qui bene evacuetur humore, alium fimilem. Poffumus autem et quod fequitur, diffimilia, in eandem fententiam interpretari; etenim diffimiles quoque humores una cum iis, qui congrue evacuantur, exhaurire convenit. Si quis autem operari vel efficere, ita explanare velit, hoc eft mutare et alterare: et concoquere, ita quoque medicinalem fententiam fermo habuerit. Si enim fuccus aliquis merito excernatur, *συνεκχυμῶσαι τούτῳ*, id eft ifti fimiles reddere, unaque evacuationis indigenter fuccos excernere convenit, five ipfi aliquo modo fimiles five diffimiles fint. Poffumus quoque et fermonem dividentes, finem prioris facere, efficere fimile; pofterioris autem rurfum principium hoc ftatuere; diffimilia fi furfum vergant elata per inferna folvere, ut hujusmodi fententia fit, humores membri in totum diffimiles furfum verfus petentes deorfum trahere; fi vero deorfum vergant, furfum revellere; nobis ea diffimilia dicta effe intelligentibus, quae a locis aliena funt. Eo-

αὐτὴν ἐξήγησιν ποιησόμεθα καὶ κατὰ τὴν ἑτέραν γραφὴν, ἐφ᾽ ἧς ἡ πρώτη συλλαβὴ διὰ τοῦ ο καὶ ῥ γέγραπται. τὸ γὰρ ὀργίσασθαι τὸ ὅμοιον ἐροῦμεν δηλοῦν ἕκαστον ἡμῶν ἐργάσασθαι χρῆναι ἐκχυμουμένους χυμοὺς, ὁμοίους τοῖς κενουμένοις, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς ἀνομοίους ὁμοίους ποιητέον. δύναται δ᾽ ἴσως, ὥσπερ ᾠήθησαν ἔνιοι, ὀργίσασθαι ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν ὀργώντων εἰρῆσθαι ζώων. καὶ γὰρ φαίνεται χρώμενος αὐτὸς οὕτως ὅταν εἴπῃ, φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ αὐθημερόν. ἐπὶ γὰρ τῶν ἑτοιμοτάτων εἰς ἔκκρισιν ἐπειγομένων τε πρὸς κένωσιν ὑγρῶν, ἐνταῦθά τε καὶ κατ᾽ ἄλλους ἀφορισμοὺς φαίνεται χρώμενος τῇ ὀργᾷν φωνῇ. οὕτως οὖν καὶ νῦν εἰκός φασιν εἰρῆσθαι περὶ τῶν χυμῶν, ὀργίσασθαι, τὸ πρὸς ἔκκρισιν ἑτοίμους αὐτοὺς παρασκευάσαι, πάλιν οὖν ἀφ᾽ ἑτέρας ἀρχῆς εἴς τι χρήσιμον ἀγάγωμεν ὡς οἷόν τε τὸν λόγον. ἐπεὶ γὰρ ἔφη τὰ ἄνω ἀρθέντα, κάτω λύειν καὶ τὰ ἐναντία τὸ αὐτὸ, τὰ μὲν ἀρθέντα τὰ οἷον ὁρμήσαντα δηλοῦν ἡγητέον, ἵνα περὶ

dem modo et alteram fcripturam explanabimus, ubi prima dictionis fyllaba per *o* et *ρ́* fcripta eft. Nam, irritare fimile, id fignificare dicemus, ut fcilicet unusquisque noftrum ut humores effundantur aeque atque ii qui evacuantur, efficere debeat; pariter autem et diffimiles reddendi. Sed forfan, ut nonnulli crediderunt, hoc verbum irritare per translationem ab animalibus turgentibus, hoc eft in venerem concitatis dictum effe poterit: ita enim ipfe uti videtur, cum dixit in aphorifmis: Medicari in valde acutis, fi turgeat, eodem die, nam in humoribus ad exitum paratiffimis et ad evacuationem properantibus, in proxime dicto et in aliis aphorifmis hac voce, *turgere*, uti videtur. Ita igitur et hoc loco, ajunt, par eft ab eo de humoribus irritare dictum effe, hoc eft ad expulfionem habiles ipfos efficere. Rurfum itaque ab altero initio ad aliquod utile, quoad ejus fieri poffit, orationem convertamus. Poftquam enim dixit furfum elata deorfum folvere et contraria itidem, elata quidem idem quod concitata

τῆς πρώτης γενέσεως τοῦ πάθους ὁ λόγος αὐτῷ γένηται, κελεύοντι πρὸς τοὺς ἐναντίους τόπους ἀντισπᾷν αὐτίκα, κάτωθεν μὲν ἐπὶ τῶν ἄνωθεν ἐχόντων τὴν γένεσιν, ἄνωθεν δὲ ἐπὶ τῶν κάτωθεν, ὅπως τῷ μὲν αὐτῷ λογισμῷ χρώμενοι τὴν βοήθειαν ποιώμεθα, πρὸς διαφέροντας δὲ ἄγωμεν τόπους. ἐὰν γοῦν αἰσθώμεθα κατασκῆπτον εἰς πόδας καὶ σκέλη ῥεῦμα, διὰ τῶν κατ᾽ ἀγκῶνα φλεβῶν ἀφαιρήσομεν αἵματος ἢ καθαίρωμεν ἐμέτοις, οὐχ ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσι μηδέποτε ἀντισπᾷν ἄνω, κᾂν εἰς τὰ κάτω χωρία τὴν ὁρμὴν τῶν χυμῶν ποιησαμένων μέγα τι μέλλῃ γενέσθαι πάθος ἐν αὐτοῖς. ἔστι δὲ καὶ τὸ ἄνωθεν ἀρθέντα νοεῖν εἰρῆσθαι κατὰ τῶν ὁρμησάντων χυμῶν ἄνω, ἵνα τὰ ἀρθέντα κυριώτερον ᾖ λελεγμένον. ἡ μέντοι διάνοια ἡ αὐτὴ καὶ νῦν μένει. τοὺς μὲν γὰρ αἰρομένους ἄνω χυμοὺς, τουτέστι μετεωριζομένους, ἀντισπᾷν χρὴ κάτω μὴ καλῶς ὁρμῶντας, τοὺς δ᾽ ἔμπαλιν ἐναντίως, οἷον ἐπὶ κεφαλῆς κάθαρσιν διὰ ὑπηλάτου φαρμάκου, παραλαμβάνοντας καὶ φλεβοτομίαν ἀπ᾽ ἀγκῶνος. ἀμφότερα γὰρ ἐκκενοῦσι καὶ ἀντισπῶσι κάτω.

ſignificare putandum eſt, ut de primo affectus exortu ipſi ſermo fiat, jubenti ad contraria loca ſtatim retrahere deorſum quidem in iis quae ſuperius ortum habent, ſurſum vero in iis quae inferius; ut eadem regula utentes opem feramus et ad differentia loca abducamus. Igitur ſi in pedes et crura flexionem decumbere ſenſerimus, ex cubiti venis ſanguinem mittemus aut vomitu purgabimus; non, ut quidam putant, nequaquam ſurſum retrahendum eſt, licet, ad inferiora proruentibus ſuccis, magnus aliquis in ipſis morbus futurus ſit. Poteſt autem intelligi et illud, ſurſum elata, de humoribus ſuperiora petentibus, ut ea vox, *elata*, magis proprie dicta ſit; ſententia vero et nunc eadem remanet. Humores namque ſurſum elatos, hoc eſt ſublime petentes, deorſum verſus retrahere haud recte impetum facientes oportet et contra decurrentes in oppoſitum ducendi ſunt, ut in capite vitiato purgatione per alvum et ſectione venae cubiti utendum eſt: utrumque enim evacuat retrahitque deorſum. Veriſimile autem

πι- [400] θανὸν δέ ἐστι καὶ τἀναντία λελέχθαι πρὸς αὐτοῦ κατὰ τοιαύτην τινὰ διάνοιαν. τὰ ἄνωθεν ἀρθέντα καὶ γεννηθέντα πάθη κάτω μὲν ἀντισπᾷν εὐθέως ἐν ἀρχῇ προσήκει. καὶ τἀναντία δὲ τούτων πράττειν ἐφεξῆς, ὅπερ ἐστὶ τοπικῶς κενοῦν, οἷον ἐπὶ κεφαλῆς. τῷ γοῦν ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἐν μετώπῳ ἡ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα ὠφελέει, τοπικὸν οὖσα βοήθημα.

ι'.

Αἱ ἀποστάσιες, οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὰ σπλάγχνα. κακοήθεες δὲ οὗτοι.

Πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν ὀδύνην σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοις. μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου παραφροσύνην σημαίνει, ψυχρὸς δὲ ἐκ τοῦ μυκτῆρός τε καὶ στόματος προερχόμενον ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται.

fuerit et contraria ab ipfo in hujusmodi fenfum dicta effe: Superius elatos humores et creatos affectus ad inferiora ftatim ab initio retrahere convenit et contraria his deinceps facere, quod eft a loco evacuare; ut in capite posteriora capitis dolentem recta frontis vena incifa juvat, quae locale remedium eft.

X.

Abfceffus quales bubones, figna quidem funt locorum propagines habentium, tum aliorum, tum praecipue vifcerum; at hi maligni funt.

Spiritus autem creber phlegmonem in partibus fupra interfeptum fignificat. Magnus vero et longo temporis intervallo poft rediens delirium oftendit. Frigidus vero fi ex nafo et ore prodierit, jam valde perniciofus eft.

ια΄.

Πνεύματα σμικρὰ πυκνὰ, μεγάλα ἀραιὰ, σμικρὰ ἀραιὰ, πυκνὰ μεγάλα. εἴσω μεγάλα, ἔξω σμικρά. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλισις οἷον ἐπιπνέουσι, θερμὸν, ψυχρόν.

ιβ΄.

Ἰητήριον χασμέων συνεχέων μακρόπνους.

Καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐξηγησάμεθα

ιγ΄.

Ἐν τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις βραχύπνους.

---

[401] *Ὥσπερ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν τὰ πλεῖστα τῶν ἀντιγράφων ἔχει τὴν ῥῆσιν οὕτω γεγραμμένην, ἐν τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις μακρόπνους, οὕτως ἐνταῦθα,*

XI.

Spiritus parvi, denſi; magni, rari; parvi, rari; denſi, magni; intus magni, extra parvi; hic extendens, ille urgens. Dupla intro revocatio, qualis ſuperſpirantibus. Calidus, frigidus.

XII.

Aſſiduarum oſcitationum longa ſpiratio medela eſt.

Hunc quoque textum in ſecundo epidemiorum libro explanavimus.

XIII.

Non aut vix bibentibus brevis ſpiratio.

Quemadmodum in epidemiorum ſecundo plurima exemplaria textum ita ſcriptum continent: *Non aut vix bibentibus longa reſpiratio:* ſic hic, *brevis reſpiratio.* A

βραχύπνους. εἴρηται δὲ αὐτάρκως ἡμῖν ὑπὲρ ἑκατέρας τῆς γραφῆς ἐν τοῖς εἰς τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ὑπομνήμασι.

ιδ'.

Κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη καὶ 'συντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες καὶ ὦτα κατ' ἴξιν· τούτων τὰ πλεῖστα ταῦτα καὶ εἰς ὀφθαλμούς.

Ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ἀντιγράφων ἡ λέξις οὕτως ἔχει καθότι νῦν γέγραπται. σπανίως δ' ἂν εὕροις καὶ τήνδε κατ' ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη καὶ τῶν ὑποχονδρίων τάσιος καὶ σπληνὸς ἐπάρσιος καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιος, ἥν τινα κἀγὼ προσίεμαι γραφὴν οὖσαν ἰατρικήν τε καὶ σαφῆ. καὶ μέντοι δηλούμενον κἀκ τῆς ἑτέρας λέξεως ταὐτόν ἐστι καὶ προεξηγησάμεθά τε κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ταύτην τὴν ῥῆσιν. νυνὶ μέντοι περιττότερον πρόσκειται τὸ τῶν ὤτων καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὡς καὶ τούτων τῶν μορίων ὑποπεπτωκότ τῷ κατ' ἴξιν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα διττῶς.

nobis autem de utraque lectione in commentariis fecundi epidemiorum abunde dictum eft.

XIV.

In directum laterum dolor, praecordiorum diftentiones, lienis tumores et ex naribus eruptiones fieri debent. In auribus item directio et magna ex parte talia in oculis fpectanda funt.

In plurimis exemplaribus ita perftat lectio, prout nunc fcripta eft. Hanc tamen et raro inveneris doloris laterum, tenfionis hypochondriorum, tumoris lienis et ex naribus eruptionis. Quam lectionem ego quoque ut medicam et dilucidam admitto. Et fane quod ex altera lectione fignificatur, idem eft. Et antea in fecundo epidemiorum hanc lectionem explicavimus. In praefenti fane fupervacaneum eft quod de auribus et oculis additur, quod hae partes his fubjaceant quae fecundum rectitudinem

ἐνίοτε μὲν γὰρ ἐξ ἑαυτῶν εἰς ἕτερά τινα μόρια τὰς ἀποθέσεις ποιεῖται κατ' εὐθυωρίαν, ἐνίοτε δὲ ἑτέρων πασχόντων εἰς ὀφθαλμοὺς ἢ εἰς οὖς ταῦτα ἀποσκήπτει.

ιε'.

Πότερον μὴν ἄρα πάντων ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω, οἷα τὰ παρὰ γνάθους ἢ καὶ ὀφθαλμὸν ἢ καὶ οὖς, τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ' ἴξιν. καίτοι καὶ τὰ συναγχικὰ ἐρυθήματα καὶ πλευρῶν ὀδυνήματα κατ' ἴξιν.

Ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν οὐκέθ' ἡ λέξις αὕτη πρόσκειται, καθ' ἣν ἀπορεῖ πότερον ἐκ μὲν τῶν κάτω τῆς ἀποστάσεως ἄνω γινομένης χρησίμως ἀεὶ φυλάττεται τὰ κατ' εὐθυωρίαν. ἐκ δὲ τῶν ἄνωθεν κάτω διαφθείρονταί τε καὶ γίνονταί τινες οὐ κατ' ἴξιν ἀποστάσιες. ἄδηλον οὖν ἐστὶν ὁπότερα γέγραπται πρότερον, τὰ κατὰ τὸ δεύτερον

fiunt duobus modis. Interdum enim ex feipfis in alias quasdam partes fecundum rectitudinem depofitiones efficiunt; interdum vero et aliis affectis in oculos vel aurem hae decumbunt.

XV.

Confiderandum fane utrum omnia fecundum rectitudinem fiant, an ea quidem quae inferne furfum, qualia quae circa maxillas aut oculos aut aurem fiunt. An vero quae fuperne deorfum non in directum tendant? Quamquam anginae tumores rubicundi laterumque dolores fecundum rectitudinem fiunt.

In fecundo de morbis popularibus non eft adjecta haec dictio, per quam dubitat, utrum ex inferioribus in fuperiora abfceffu facto, femper membri rectitudo utiliter fervetur; ex fuperioribus autem in inferiora corrumpantur ac fiant quidam non fecundum regionem abfceffus.

Ed. Chart. IX. [401. 402.] Ed. Baf. V. (460. 461.)
τῶν ἐπιδημιῶν ἢ ταῦτα. οὐ γὰρ δήπου ἐκ τοῦ, δεύτερον μὲν ἐκεῖνο, τοῦτο δ᾽ ἕκτον ἐπιγεγράφθαι, πρότερον τὰ κατ᾽ ἐκεῖνο γεγράφθαι νομι- (461) στέον, ἐν μὲν τοῖς πρὸς ἔκδοσιν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγονόσιν, εὐλόγως τῆς τοιαύτης λέξεως ἐμφαινομένης, ἐν δὲ τοῖς ὑπομνήμασιν οὐκ ἔτι. [402] τὰ γὰρ ἐν διαφόροις ἢ χάρταις ἢ δέλτοις ὑφ᾽ Ἱπποκράτους γεγραμμένα τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεσσαλὸν ἀθροίσαντά φασι ταυτὶ τὰ δύο βιβλία συνθεῖναι, τό τε δεύτερον καὶ τὸ ἕκτον, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τέταρτόν φασι. πρὸς ἔκδοσιν δ᾽ ὁμολογεῖται γεγονέναι τὸ πρῶτόν τε καὶ τρίτον. διὸ καί τινας ἐπὶ προτέροις τοῖς κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ὕστερα γέγραπται τὰ κατὰ τοῦτο τὸ ἕκτον, εἰκός ἐστι θεασάμενον ὕστερον αὐτὸν ἀπόστασιν εἰς τὰ κάτω γενομένην ἐπ᾽ ἀγαθῷ, μὴ κατ᾽ ἴξιν, οὕτως γράψαι τὰ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. εἰ δ᾽ ἀπορῶν μὲν ἐνταῦθα, κρίνας δὲ ὕστερον ὑπὲρ ὧν ἀπορεῖ βεβαίως ἀπεφήνατο κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν, ἐκείνοις μᾶλλόν ἐστι πιστευτέον. ἐν δ᾽ οὖν τούτοις οἷς νῦν γράφει, καίτοι τὰ κυναγχικὰ ἐρυθήματα καὶ πλευρέων

Ignorum vero eft, utrum fecundus, ifte vero fextus liber infcriptus fit, ex eo illius fententias prius fcriptas fuiffe putandum eft. In illis enim quae ab ipfo, ut divulgarentur, fcripta funt, rationabiliter hujusmodi ordo apparet; in commentariis autem non itidem. Scripta namque ab Hippocrate in diverfis vel chartis vel tabulis ejus filium Theffalum collegiffe ajunt, duosque hos libros, fecundum videlicet atque fextum integraffe, nonnulli et quartum addunt. Primum vero atque tertium, ut ederentur, compofitos effe conftat. Atque ideo quidam dicunt, fi quae in fecundo libro continentur, prius ea, quae in fexto, pofterius fcripta funt, Hippocratem par eft, cum poftea abfceffum in inferiora non e regione utiliter factum vidiffet, ita praefentem fententiam confcripfiffe; fin autem hoc loco dubitans, pofterius ea de quibus dubitavit dijudicans, conftanter in fecundo de morbis popularibus libro fententiam tulit, illis potius credendum eft. In his igitur quae nunc fcribit, atqui et anginae, rubores et

ὀδυνήματα, κατ᾽ ἴξιν ἀκοῦσαι χρὴ περὶ μεταστάσεως οὐ τῆς ἐκ τῆς πλευρᾶς εἰς τὰς κυναγχικὰς, ἀλλὰ τῆς ἐκ τῶν κυναγχικῶν εἰς τὰς πλευρὰς εἶναι τὸν λόγον. αὕτη γὰρ ἄνωθεν κάτω γίνεται, περὶ ἧς ἀπορῶν προειρήκει, τὰ δὲ ἄνωθεν κάτω οὐ κατ᾽ ἴξιν. ταῦτ᾽ οὖν ἀνθυπενέγκας ἑαυτῷ, μετὰ ταῦτα ἐπιφέρει τὰ κατὰ τὴν ἑξῆς ῥῆσιν οὕτως ἔχοντα.

ιστ'.

Ἢ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος, ἄνωθεν διαδιδόντα, οἷον εἰς ὄρχιας καὶ κιρσούς.

Τοῖς κυναγχικοῖς τὰς τῶν πλευρῶν ὀδύνας κατ᾽ ἴξιν γίνεσθαι προειπὼν, ἑξῆς ζητεῖ πότερα καὶ περὶ τῶν εἰς τὰ κάτω τοῦ σώματος ἀποστάσεων ἀεὶ φυλάττεται τὸ κατ᾽ ἴξιν ἢ οὒ, καθάπερ ἐν τῇ πρὸ ταύτης ῥήσει διηπόρησεν. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν ἔφη τὰς εἰς τὰ κάτω τοῦ ἥπατος, ὅρον ὡς ἔοικε τιθέμενος τὸ ἧπαρ τῶν ἄνω τε καὶ κάτω τοῦ σώματος

coftarum dolores, fecundum rectum, de transmutatione, non ex coftarum morbo in anginam, fed ex angina in coftarum vitium, fermonem effe intelligendum. Haec enim a fuperioribus in inferiora fit, de qua ambigens praedixerat, quae a fuperis in inferiora, non fecundum rectum. Haec itaque cum fibi ipfi objecta fubintuliffet, poftea ea infert, quae in fequenti oratione ita fe habent.

XVI.

An quae fuperne infra jecur diftribuuntur, qualia quae in teftes et varices decumbunt, haec quoque fpectanda funt.

Angina laborantibus coftarum dolores fecundum rectum fieri praefatus, deinceps quaerit, in abfceffibus ad inferiora corporis depulfis, femper fitus rectitudo fervetur, nec ne, quemadmodum in proximo ante hunc fermonem dubium revocavit. Sed ibi dixit, abfceffus, qui ad inferiora; nunc dixit, abfceffus infra jecur, fuperiorum in-

ἁπάντων μορίων. ἔζευκται γὰρ αὐτοῦ τὰ κυρτὰ τῷ διαφράγματι, καὶ διὰ τοῦθ' ὅσα τοῦ ἥπατός ἐστιν ἄνω, ταῦτα καὶ τοῦ διαφράγματος ἄνω τετύχηκεν ὄντα, τὰ κατὰ τὴν καρδίαν δηλονότι καὶ πνεύμονα καὶ τὸν ταῦτα περιέχοντα θώρακα καὶ πολὺ μᾶλλον ἔτι τὰ κατὰ τὸν τράχηλόν τε καὶ κεφαλήν. τὰ δ' ἄλλα πάντα κάτω τοῦ σώματός ἐστι, πρὸς ἄλληλα μέντοι παραβαλλόμενα καὶ αὐτῶν τῶν ἄνω τὰ μὲν μᾶλλόν ἐστιν ἄνω, τὰ δ' ἧττον. ἔθος δ' ἐστὶν ἡμῖν ἐν τοῖς οὕτω λεγομένοις πᾶσιν, ἐνίοτε τὸ μὲν ἧττον ἄνω κάτω λέγειν, ὡς πρὸς τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ παραβάλλουσι. τὸ δ' ἧττον κάτω καὶ τοῦτ' ἄνω πρὸς τὰ κάτωθεν αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν ἀμέλειαν τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας εἰς ἔθος οὐκ ὀλίγον ἐκτεταμένης, ὁμωνυμία τέ τις γίνεται καὶ ταραχὴ κατὰ τοὺς λόγους, ἧς δὴ μεμνη- [403] μένοι, ὅταν ἀκούσωμεν λέγοντος αὐτοῦ τὰς εἰς τὰ κάτω, τῶν ἀποστάσεων ἀμείνους εἶναι, σκοπεῖσθαι χρὴ κατὰ τίνα τρόπον χρήσεως εἴρηκε κάτω, μετὰ τοῦ καὶ προσδιορίζεσθαι τὰ τῶν μορίων ἀξιώ-

feriorumque omnium corporis partium jecur, ut videtur, terminum ſtatuens. Ipſius enim devexum transverſo ſepto adnexum eſt, quocirca et quaecunque ſupra jecur, haec eadem et ſupra ſeptum exſtant, cor ſcilicet, haec ambiens pectus adhucque multo magis collum et caput; reliqua omnia in inferioribus corporis eſſe dicuntur. Eorum etiam, quae ſuperius ſunt, ſi inter ſe conferantur, aliqua magis ſupra ſunt, aliqua minus. Nobis vero eſt conſuetudo in omnibus ita dictis, interdum, quod minus ſupra eſt, inſra eſſe dicere, ut ad ſuperius ipſo comparantibus, quod autem minus infra eſt et id inferioribus comparantes, ſuperius eſſe diximus. Ac propter hujusmodi locutionis incuriam conſuetudine longinqua confirmatam, nobis ambiguitas quaedam atque confuſio in ſermonibus oritur, quam memoria complectentes, cum Hippocratem dicentem audiverimus, abſceſſus in inferioribus corporis partibus obortos meliores eſſe, conſiderare debemus, ſecundum quem ſignificationis modum, inferius eſſe acceperit ſimul-

ματα. διὰ τοῦτο γὰρ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον αἱ ἄνω τῶν ἀποστάσεων εἰσὶ χαλεπώτεραι, διότι κινδυνωδέστερα ταῦτά ἐστι τὰ πάσχοντα τὸ αὐτὸ πάθος τοῖς κάτωθεν. ἐάν τε γὰρ ἐγκέφαλος, ἐάν τε λάρυγξ ἢ στόμαχος ἢ πνεύμων ἢ θώραξ ἢ καρδία φλεγμήνῃ, θανατῶδες γίνεται τὸ νόσημα. τῶν δὲ κάτω τοῦ ἥπατος φλεγμηνάντων, ὀλίγοι πάνυ διαφθείρονται καὶ μάλιστα ἐὰν ὀρθῶς θεραπεύωνται· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἥπατος τὰ κυρτὰ τῶν σιμῶν πολὺ κινδυνωδέστερα· καί τινες αὐτὰ τῶν ἄνω μερῶν τοῦ σώματος ὅλου τίθενται, καθάπερ καὶ τῆς γαστρὸς τὸ στόμα. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ πάρεργον εἰρήσθω, καίτοι γ' οὐκ ὄντα πάρεργα, τὸ δ' ὑπόλοιπον τῆς εἰς τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἐξηγήσεως ἐφεξῆς ποιησόμεθα. ζητεῖν γὰρ ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης ἢ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος ἐκ τῶν ἄνω διαδιδόντα, οἷον τὰ εἰς ὄρχεις καὶ κιρσοὺς ἄμεινόν ἐστι γενέσθαι κατ' ἴξιν ἢ κἂν μὴ κατ' ἴξιν γένηται, δύναται βοηθεῖν αὐτοῖς ὁμοίως. ἐπί τινων μὲν οὐδὲ δυνατὸν γνῶναι τὸ κατ' ἴξιν.

que membrorum dignitates definiemus. Ideo namque ut plurimum abfceffus in fuperioribus excitati difficiliores funt, quod membra illa majus, quam inferiora difcrimen afferunt, cum utraque eodem affectu vexata funt. Sive enim cerebrum, five guttur aut gula aut pulmo aut pectus aut cor inflammata fint, mortifera aegritudo, membris infra jecur inflammatis pauci admodum pereunt, potiffimum fi recta curatio adhibeatur. Quin etiam jecoris ipfius devexum concavo longe periculofius eft et nonnulli ipfum inter fuperiores corporis totius partes, quemadmodum et os ventriculi, reponunt. Haec itaque a nobis obiter dicta fint, etfi non praeter propofitum fint; reliquum vero explanationis in propofitum fermonem deinceps abfolvamus. Quaerere namque videtur Hippocrates, utrum quae infra jecur ex fuperioribus delabuntur, ut in teftes et varices, e regione fieri melius fit; aut licet non e regione fiant, fuperiorum tamen partium vitiis aeque

οἷον ὅτι κιρσοὶ μανίαν ἰάσαντο, κατ᾽ ἴξιν γενομένης τῆς ἀποστάσεως. οὐ γάρ ἐστι διακρῖναι πότερον ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ ἐγκεφάλου τῆς διαθέσεως γενομένης ἐμάνησαν ἢ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, ὥσπερ οὐδ᾽ ἂν βηττόντων χρονίως ἄνευ πλευρᾶς ἀλγήματος ἀπόστασις εἰς ὄρχιν γένηται. καίτοι τάχα κἀπὶ τούτων διαφυλάττεται τὸ κατ᾽ ἴξιν, εἰ καὶ μὴ γινώσκομεν ἡμεῖς βεβαίως ὁπότερον μέρος τοῦ πνεύμονος ἢ τοῦ ἐγκεφάλου πέπονθεν. ἀλλὰ καὶ μελαγχολίαν αἱμοῤῥοῒς ἰάσαιτο πολλάκις οὐδ᾽ ἐνταῦθα γινωσκόντων ἡμῶν τὸ κατ᾽ ἴξιν. ὅτι δὲ καὶ διὰ μήτρας αἵματος κένωσις δαψιλὴς πολλὰ τῶν νοσημάτων ἰᾶται πρόδηλον. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐνταῦθα δυνατὸν γνῶναι πότερον διὰ τῶν τῆς δεξιᾶς μήτρας φλεβῶν ἡ ἔκκρισις ἢ διὰ τῶν τῆς ἀριστερᾶς ἢ δι᾽ ἀμφοτέρων ἐγένετο. ταύτῃ μὲν οὖν δυσδιάγνωστον ἢ ἄγνωστον ἔχει τὸ κατ᾽ ἴξιν. ἐφ᾽ ὧν δ᾽ ἐστὶ διαγνῶναι τὸ κατ᾽ ἴξιν κἀπὶ τούτων ὡς ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης σκεπτέον εἶναί

auxiliari queant. In nonnullis plane neque an e regione facta fint, dignofci poteft: ut quod varices e regione facto abfceffu furorem curaverint, neque enim perfpicere licet, in dextrisne cerebri partibus an in finiftris, affectu oborto, in furorem acti fuerint, quemadmodum neque diutius tuffientibus fine lateris dolore abfceffus in tefticulum fiat. Atqui forfan et in his locis recta oppofitio fervatur, etfi utra pulmonis aut cerebri pars affecta fit, haud certo fciamus, quoniam et melancholiam fanguinis per venas fedis effufio plerumque fanare poteft, neque tunc loci nobis paffi rectam oppofitionem cognofcentibus. Sanguinis quoque ex utero copiofum profluvium multos curare morbos omnibus in aperto eft, fed neque hic an ex dextri uteri venis an ex finiftri, an ex utroque excretio facta fit agnofcere poffumus. In his itaque affectibus cognitu difficilis eft aut omnino ignota languentis membri recta oppofitio, in quibus vero ipfam dignofcere licet et in iis Hippocrates, ut videtur, confiderandum effe ait,

φησιν ἢ διὰ παντὸς, ἐπὶ τῶν εἰς τὰ κάτω μόρια γινομένων ἀποστάσεων, ἀμείνους εἰσὶν αἱ κατ᾽ ἴξιν.

ιζ'.

Σκεπτέα ταῦτα, ὅπη καὶ ὅθεν καὶ διὰ τί.

Ἄδηλον εἴτε μόνοις τοῖς ὑστάτοις εἴτε πᾶσι τοῖς προειρημένοις ὑπὲρ τῶν κατ᾽ ἴξιν τε καὶ οὐ κατ᾽ ἴξιν ἀποστάσεων ἐπενήνεκται τοῦτο. τὸ δ᾽ οὖν λεγόμενον αὐτὸ τοιόνδε ἐστίν. ἐπισκέπτεσθαί φησι χρῆναι τό τε χωρίον εἰς ὃ ἡ ἀπόστασις [404] γίνεται. τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ ὅπη σημαίνεται, οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐξ οὗ. καὶ τοῦτο γὰρ ἐκ τοῦ ὅθεν δηλοῦται καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὴν αἰτίαν δι᾽ ἣν ἀπόστασις γίνεται. τοῦτο γὰρ αὖ πάλιν ἐκ τοῦ διὰ τί σημαίνεται. χρὴ γὰρ εἰδέναι πότερον ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ πέψει τοῦ νοσήματος ἢ μεταῤῥυέντος ἀπέπτως τοῦ λυποῦντος, ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἕτερον ἡ ἀπόστασις ἐγένετο. δύναται δέ τις καὶ χωρίζειν ἀπὸ τῶν προειρημένων τὴν

num femper ex abfceffibus ad inferiora tranfmutatis, meliores illi fint, qui fecundum rectam oppofitionem fiunt.

XVII.

Haec animadvertenda, quo, unde et quamobrem.

Solisne ultimis an in praedictis omnibus de abfceffibus tum his qui fecundum rectitudinem, tum his qui non e regione decumbunt, hoc illatum fit, abditum eft. Quod autem dicit hujusmodi, ipfum eft. Confiderandus, inquit, locus eft, in quem decumbit abfceffus. Hac enim voce, *quo*, fignificatur. At non folum hoc, fed etiam pars, ex qua manat confideranda, quod per *unde* declaratur. Praeterea caufa qua abfceffus oritur fpectanda eft; hoc etiam rurfus ex dictione *quamobrem* fignificatur. Scire namque oportet, utrum a natura morbi coctione aut vexante humore incocto ex una parte in alteram transfluente abfceffus oriatur. Poteft aliquis hunc tex-

ῥῆσιν ταύτην, ἀρχὴν τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων ποιεῖσθαι κατὰ τὸν προγεγραμμένον τρόπον.

ιη'.

Σκεπτέα ταῦτα ὅπῃ καὶ ὅθεν καὶ διὰ τί φλέβες κροτάφων, οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρόν.

Εἶπον ὅτι καὶ οὕτως δύναταί τις διαιρεῖν τὴν ὅλην ῥῆσιν, ὥσπερ γε καὶ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον τόνδε. φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρὸν, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται καὶ τὰ ἐφεξῆς. καὶ γὰρ εἰ μὴ τὸ χλώρασμα λαμπρὸν ἐνέκειτο τῷ λόγῳ, δυνατὸν ἦν πολυειδῶς διαιρεῖν ὡς ἂν ὑπομνήματος ὄντος, οὐ συγγράμματος, ἤκουσεν γὰρ ἤδη περὶ τούτου. παρεγκειμένου δὲ καὶ τοῦ, χλώρασμα λαμπρὸν, ἔτι καὶ μᾶλλον ἀσαφὴς γίνεται ὁ λόγος. εἴπομεν γὰρ ἤδη ὅτι καὶ τὰς ἄλλας ῥήσεις ἐν αἷς τὸ χλωρὸν ὄνομα γέγραπται, μὴ δύνασθαι γνωσθῆναι σαφῶς,

tum a praedictis feparare ac deinceps dicendorum initium in praefcriptum modum facere.

XVIII.

Haec confideranda, quo, unde et quamobrem venae temporum non firmentur, neque viror pellucidus fit.

Dicebam et hunc in modum totum fermonem dividi poffe, quemadmodum et alio quodam modo, eo videlicet, venae temporum non firmae, neque viriditas fplendida, fi fpiritus in ipfis relinquatur et alia deinceps. Nifi enim viriditas fplendida in oratione interjecta effet, multi formiter dividi poffet, quippe quod commentarius non liber fit: fuperius enim intellexifti de hoc. Hoc autem interjecto, viriditas fplendida, adhuc etiam magis obfcura oratio reddita eft. Alibi enim etiam fuperius diximus, ubi haec *viride* fcripta eft, qualisnam per ipfam color figni-

ὁποῖόν τι χρῶμα δηλοῦται δι᾽ αὐτοῦ. καθάπερ οὐδ᾽ εἰ χλόασμα εἴη γεγραμμένον, ὥσπερ ἔνιοι γράφουσιν. ὁρῶμεν γὰρ καὶ νῦν ἔτι καθάπερ κατὰ τὴν Κῶ αὐτὴν τὴν Ἱπποκράτους πατρίδα καὶ πᾶσαν τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν, χλωρὰ μὲν ὀνομαζόμενα καὶ λάχανα καὶ δένδρα καὶ φυτὰ τὰ οἷον χλοερά. χλωράζειν τε τὰ κτήνη λέγομεν τὰ τὴν ἐαρινὴν βοτάνην ἐσθίοντα. (462) λέγουσί γε μὴν καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐνίους χλωρούς, οὐκ ἔχοντας ὁμοίαν τῇ χλόῃ τὴν χρόαν, ἀλλὰ μᾶλλον ὠχράν. ἄδηλον οὖν ἐστι πότερον τὴν ὕπωχρον χρόαν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει χλωράν τε καὶ χλοεράν, ὅπερ ὁρᾶται πάνυ πολλοῖς συμβαῖνον ἢ τὴν χλόῃ παραπλησίαν, ὃ πάνυ σπανίως φαίνεται γινόμενον. οὔσης οὖν ἀσαφοῦς καὶ αὐτῆς ταύτης λέξεως, ἔτι μᾶλλον ἀσάφεια γίνεται προσκειμένου τοῦ λαμπρόν. ἄπορον γὰρ εὑρεῖν ὅ τί ποτε βούλεται δηλοῦν ἐκ τοῦ γράψαι χλώρασμα λαμπρόν. καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἄρα πᾶσαν τὴν τοιαύτην ἀσάφειαν θελήσαντές τινες φυγεῖν τῶν ἐξηγητῶν, ἔγραψαν, οὐ χρῶμα λαμπρὸν,

ficetur, non poffe manifefte intelligi, quemadmodum neque fi *chloafma* fcriptum fit, ut nonnulli fcribere confueverunt. Videmus enim etiamnum hac tempeftate, ut in Co ipfa Hippocratis patria, ita et in tota noftra Afia, viridia quidem appellari olera et arbores et ftirpes, veluti χλωρὰ id eft herbida; et pecudes Graeci χλοερὰ dicunt, quod fignificet herbas verno tempore pabulari. Dicunt quidem et homines quosdam virides, non quod herbae fimilem colorem habeant, fed potius pallidum. Incertum eft igitur utrum Hippocrates fubpallidum colorem viridem atque herbaceum dixerit, quod permultis accidere confpicitur: an herbae coloris fimilem, quod perraro accidiffe vifum eft. Igitur quum vox haec per fe obfcura fit, adjecta hac dictione, *fplendida*, major adhuc obfcuritas oritur: difficile namque eft excogitare, quidnam per haec verba fignificare voluerit, *viriditas fplendida*. Atque idcirco nonnulli interpretes hanc omnem obfcuritatem evitare cupientes, hoc modo fcripferunt, neque *color fplen-*

ἀκούειν τέ φασι δεῖν ἐπὶ τοῦ κατὰ φύσιν τοῦ κάμνοντος χρώματος τὸ λαμπρόν. οὕτω δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Σαβῖνον διηνέχθησαν.

ιθ'.

[405] *Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρὸν, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται ἢ βὴξ ξηρὴ, μὴ θηριώδης, εἰς ἄρθρα στηρίζειν προσδέχεσθαι δεῖ κατ' ἴξιν τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ τὴν κοιλίην, ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ.*

Εἶπον ὅτι καὶ χωρὶς τοῦ πρώτου μέρους τῆς ῥήσεως ἀναγινώσκειν ἐστὶ δυνατὸν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται καὶ τὰ ἐφεξῆς αὐτῷ γεγραμμένα. πνεῦμα δὲ δηλονότι νῦν ἀκούσομεν τὸ πλέον τοῦ κατὰ φύσιν, ἵν' ὁ λόγος ᾖ τοιοῦτος. ἐὰν ἐν νόσῳ ῥαστωνήσαντές τινες ἔχωσι τάς τε τῶν κροτάφων φλέβας οὐχ ἱδρυμένας, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ πλέον διαστελλομένας, καὶ τὸ χρῶμα μὴ κατὰ φύσιν ἢ

didus, intelligendumque effe ajunt fplendidum de aegrotantis nativo colore, ita quoque et Sabinus opinatus eft.

XIX.

Venae temporum non confiftentes, neque viror fplendidus fit, fi fpiritus intus deficiat aut tuffis ficca ferina non fuerit, ut in articulos decumbat exfpectare oportet, plurimumque fecundum diftentionem ventris rectitudinem.

Jam dixi et fine prima hujus fermonis parte, iftam per fe hunc in modum legi poffe, fi fpiritus intus relinquitur et quae deinceps fcripta funt. Spiritum vero nunc intelligemus eum, qui quod naturaliter conveniat, major fit, ut oratio in hunc modum fe habeat: Si in morbo aliqui fublevati temporum venas habeant non firmatas, hoc eft latius diftentas et non genuinus color fit, ac re-

τ' ἀναπνοὴ πλείων ἢ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐφεξῆς εἰρημένα, τούτοις εἰς ἄρθρα τὴν ἀπόστασιν ἔσεσθαι προσδοκᾷν χρή. τὰ δὲ ἐφεξῆς εἰρημένα τάδε ἐστί. πρῶτον μὲν τὸ ξηρὴ βὴξ, δεύτερον δὲ τὸ μὴ θηριῶδες. ἡ μὲν οὖν ξηρὰ βὴξ λέγεται συνήθως ἐφ' ἧς οὐδὲν ἀναπτύεται. τοῦτο δ' οὕτως ῥηθὲν ἐν μὲν συγγράμματι προφανῶς ἐνδείκνυται τὸν γράψαντα χαίρειν αἰνιγματώδει λέξει· τὸν δ' αὑτῷ τινὰ ὑπογραφὴν ἐν ὑπομνήματι πεποιημένον οὐκ ἄν τις μέμψαιτο. πολλὰ γὰρ οὕτως εἰώθαμεν ἡμῖν αὐτοῖς ὑποτυποῦσθαι συμβολικῶς. ἴσως οὖν καὶ νῦν ἑαυτῷ ταῦτ' ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ πλειόνων παθῶν ποιούμενος τὸν λόγον, ἐνταυθοῖ μὲν ἐπὶ τῆς ξηρᾶς βηχὸς ἐν περιπνευμονίας καὶ πλευρίτισι· καὶ γὰρ καὶ τὸ πνεῦμα τούτοις ὁμολογεῖ· τὰ δ' ἔμπροσθεν ἡνίκα περὶ τῶν κατὰ τὸ πρόσωπον ἔγραψεν ἐπὶ πυρετῶν θερμῶν καὶ διακαῶν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν θώρακα καὶ πνεύμονα λελέχθαι κἀκεῖνα. γενήσεται τοιγαροῦν σύμπας λόγος τοιόσδε. ἐὰν ἐπὶ πλέον ἅμα τοῖς εἰρημένοις αἱ βῆχες

liqua deinceps enarrata, iſtis in articulos abſceſſus exſpectandus eſt. Quae ſequuntur vero hujusmodi ſunt, primum quidem hoc, arida tuſſis, ſecundum autem illud, non ſerina. Aridam tuſſim eam, per quam nihil exſpuitur, appellare mos eſt. Iſtud ſane, ita in libro accurate compoſito conſcriptum, auctorem aenigmatica locutione gaudere aperte demonſtrat; at ſibi ipſi adumbrationem quandam per commentarium ſcribentem nullus jure utique reprehendat; multa enim ſic nobis ipſis per quasdam notas deſignare conſuevimus. Forſan igitur et nunc ſibi ipſi haec ſcripſit Hippocrates de pluribus affectibus ſermonem faciens, hoc quidem loco de tuſſi arida in pulmonem et coſtarum inflammationibus: nam et haec vox, *ſpiritus*, illis adſtipulatur; ſed ſuperius dicta, quum de iis, quae in facie contingunt, ſcriberet, de ſebribus calidis et perurentibus intelligenda ſunt; caeterum et illa de pectoris pulmonumque affectibus dicta eſſe poſſunt. Integra igitur oratio talis erit: Si diutius una cum antedictis tuſſes ari-

ῶσι ξηραὶ, προσδέχεσθαι τὴν ἀπόστασιν εἰς ἄρθρα. διορισμὸν δέ τινα ταῖς βηξὶ προσγράψας ἀσαφῆ ζήτησιν ἑτέραν εἰργάσατο, τίνες εἰσὶν αἱ θηριώδεις βῆχες. ἔνιοι μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς ἕλμινσιν, ὅταν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς κοιλίας ἀνενεχθεῖσαι δάκνωσι, τὰς βῆχάς φασι γίνεσθαι ξηρὰς, ὅπερ εἰ ὄντως ἐφαίνετο συμβαῖνον, οὐκ ἂν ἦν ζήτημα. νυνὶ δὲ μυριάκις εἴδομεν ἄνευ βηχῶν ἕλμινθας ἐνοχλούσας τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς καὶ διὰ τοῦθ᾽ οἱ πλείους τῶν ἐξηγητῶν ἐπ᾽ ἄλλας ἐξηγήσεις ἐτράποντο τινὲς μὲν τὸ θηριῶδες ἐπὶ τῶν φυσικῶν εἰρῆσθαι λέγοντες ἐπειδὴ γρυποῦνται τοὺς ὄνυχας ὥσπερ τὰ θηρία, τινὲς δὲ ἐπὶ κακοήθους. ἐν γὰρ ταῖς κρισίμοις ἀποστάσεσιν ὥσπερ ἄπεπτον εἶναι χρὴ τὴν νόσον, οὕτω καὶ περιεστηκυῖαν. ἥ τε γὰρ πεττομένη χωρὶς ἀποστάσεως ἐπαγγέλλεται τὴν λύσιν, ἥ τε ὀλέθριος, οὐδὲ γενήσεσθαί τινα κρίσιμον ἀπόστασιν. ἐὰν δὲ ἐπὶ πλέον ἄπεπτόν τε διαμένη τὸ νόσημα καὶ μὴ κακόηθες ᾖ, προσδέχεσθαι χρὴ γενήσεσθαί τινα ἀπόστασιν, ὅτε δὲ ἄπεπτόν τε ἅμα καὶ περιεστηκὸς τὸ νόσημα, χρὴ δια- [406] μένειν

dae ſint, abſceſſum in articulos exſpectare convenit. Sed conditionem quandam tuſſibus obſcuram adſcribens, quaeſtionem alteram excitavit, quaenam ſint ferinae tuſſes. Nonnulli ſane lumbricos inteſtinorum, quum ad oſtiolum ventriculi repentes ipſum mordeant, aridas tuſſes excitare ajunt; quod ſi revera ita accidere compertum foret, nulla prorſus quaeſtio eſſet; ſed millies absque ulla tuſſi lumbricos os ventriculi infeſtantes vidimus. Quocirca plures explanatores ad alias interpretationes ſe converterunt; quidam hanc vocem, ferinae, de phthiſicis dictam eſſe volentes, quoniam ipſorum ungues, ut ferarum incurvantur; nonnulli de maligno morbo; in judicatoriis namque abſceſſibus, ut crudum, ita et ſanabilem eſſe morbum oportet; concoctus enim citra abſceſſum ſolutionem nuntiat, perniciosus autem neque ullum judicatorium abſceſſum fore promittit. At ſi diutius et crudus morbus perduret, neque malignus ſit, tunc aliquem fore abſceſſum exſpectandum eſt. Quod autem crudus una et malignitate carens

ipfi memoriae fubfidium fcribens. Timiditatem quidem pituitae ferum facere par eft, non tamen vigiliam aut perturbationem aut animi motum cum terrore: torpor enim ipfi et frigus ineft folum atque malignitas; nifi forte et ipfa plane vitiata, acida aut falfa evaferit. Sed illud profecto quaefitu dignum eft, quod ipfe inquit *et five malus five bonus.* Nam fi quis abfolute malum effe ichoroidea fanguinem afferat, recte dicere videbitur: omnis enim fanguis ita vocatus naturali comparatur. At fi quispiam aliorum fuccorum ichoribus fanguinem comparans, non pravum eum aut bonum effe dicat, ifte quoque verum dicere haud injuria putabitur. Plerumque autem et noftrae tempeftatis homines et antiqui minus malum, bonum aut probum aut laudabile aut aliqua id genus voce appellare confueverunt, et praefertim cum magnus quidam exceffus fuerit, valde pravi ab eo, quod modice a naturali ftatu difcefferit. Quare et ichoroides fanguis, quaerente Hippocrate, malusne an bonus fit, poffumus nos ita ferre

μεθα ἂν ἡμεῖς ἀποφήνασθαι, τῷ μὲν ἀρίστῳ προβαλλόμενον αἵματι φαῦλον ὑπάρχειν αὐτὸ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν, οἷσιν ἰχὼρ ἑτέρου τινὸς ἀναμέμικται χυμοῦ μοχθηροῦ, πολλῷ βέλτιόν τε καὶ αἱρετώτερον καὶ διὰ τοῦτο χρηστόν.

μγ'.

Οἷσι σπλὴν κατάῤῥοπος, πόδες καὶ χεῖρες καὶ γούνατα θερμὰ, ῥὶς καὶ ὦτα ψυχρὰ ἀεί. ἦρα διὰ τοῦτο ὅτι λεπτὸν τὸ αἷμα, ἦρα καὶ φύσει τὸ τοιοῦτον οὗτοι ἔχουσιν.

Ὅτι μὲν κατάῤῥοπος σπλὴν ὁ κάτω τὴν ῥοπὴν ἔχων λέγεται καὶ δι' αὐτῆς τῆς φωνῆς ἐστὶ μαθεῖν. εἴτε δ' ἐπὶ τῶν κατ' αὐτὸν ὄγκων ἐν τοῖς κάτω μέρεσι συνισταμένων εἴθ' ὅταν εἰς αὐτὰ τὰ κάτω μόρια τοῦ σώματος ὠθεῖ τοὺς ἐν αὐτῷ μοχθηροὺς χυμοὺς, ὠνόμασε κατάῤῥοπον σπλῆνα, τοῦτο οὐκέθ' οἷόν τε πρὸς τῆς φωνῆς διδαχθῆναι δυνατόν γε μὴν ἐστιν ὅσον ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων φύσει, κατ' ἄμφω τὰ εἰρημένα δέξασθαι κατάῤῥοπον ὑπ' αὐτοῦ λελέχθαι τὸν

fententiam. Optimo quidem fanguine comparatus malus eft; aliis vero omnibus, quibus alterius cujusdam vitiofi fucci ichor admixtus fuerit, longe melior et optabilior atque idcirco bonus eft.

XLIII.

Quibus lienis eft declivis, pedes et manus et genua calida; nafus et aures frigidae femper; num propter hoc quod fanguis? num et natura talem ifti habent?

Quod declivis lienis deorfum vergens dicitur et ex ipfa voce difcere licet. Utrum autem ob ipfius tumores in partibus inferioribus excitatos an cum in ipfas inferiores corporis partes vitiofos in fe contentos humores depellit, idcirco declivem lienem appellaverit, hoc non item ex voce hac percipi poteft. Poffumus quidem, quantum ad rerum naturam pertinet, fecundum utrumque dictum modum declivem lienem ab ipfo vocatum effe intelligere;

σπλῆνα. πόδες γάρ φησι καὶ χεῖρες καὶ γόνατα θερμὰ, ῥὶς δὲ καὶ ὦτα ψυχρά. τὰ μὲν οὖν γόνατα καὶ τοὺς πόδας ἐν καταῤῥόπῳ σπληνὶ θερμὰ φαίνεσθαι λόγον ἔχει, καθάπερ καὶ τὰς ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα ψυχρά· τὰς δὲ χεῖρας οὐκ ἔστιν εὔλογον θερμὰς ὑπάρχειν ἐν καταῤῥόπῳ νοσήματι. μᾶλλον μὲν γὰρ ἄν τις αὐτὰς τῶν ἄνω θείη μορίων, εἰ δὲ μὴ, ἀλλ᾽ οὐ τῶν κάτω. τοῦ δ᾽ οὖν ὦτα μὲν καὶ ῥῖνας εἶναι ψυχρὰ, τὰ κάτω δὲ θερμὰ, σκοπῶν τὴν αἰτίαν ὁ Ἱπποκράτης ἔφη, ἆρά γε διὰ τοῦτο ὅτι τε λεπτὸν ἔχουσι τὸ αἷμα ἢ ὅταν σπλῆνες γένωνται κατάῤῥοποι, τινὲς δ᾽ οὐ τοῖς σπλησὶν ἀντιδιαιρεῖσθαί φασι τὸ ἆρα καὶ φύσει τὸ τοιοῦτον οὗτοι ἔχουσιν; ἀλλὰ τῷ μετ᾽ αὐτὸν γεγραμμένῳ καὶ ποιοῦσιν ὅλην τὴν λέξιν τοιαύτην. ἆρα καὶ φύσει τὸ τοιοῦτον οὗτοι ἔχουσιν ἢ τοῖς ἐμπυήμασιν; ἐπισκεπτέον οὖν ἐφεξῆς ἀκριβέστερον ὑπὲρ αὐτοῦ ἢ τοῖς ἐμπυήμασι, τούτοις προειρημένοις συνάπτουσιν οἱ οὕτω γράφοντες. ὅσοι δ᾽ ἀρχὴν αὐτὸ βούλονται τῶν ἐφεξῆς γεγραμμένων τὸ ἢ ἀφαιροῦσι καὶ τοιάνδε τινὰ ποιοῦσι τὴν λέξιν· τοῖς ἐμπυήμασιν

pedes enim, inquit, et manus et genua calida; nafus autem et aures frigidae. Genua quidem et pedes declivi liene calida apparere rationabile eft, quemadmodum et nares et aures frigidas; manus autem in declivi morbo calidas effe nulla ratio demonftrat; potius enim quispiam ipfas inter fuperiores partes collocaverit; fin minus, at faltem neque inter inferiores. Quod igitur aures et nafus frigidi fint, inferiores vero partes calidae, caufam fpeculans Hippocrates inquit, utrum propterea quod tenuem habent fanguinem, cum lienes declives funt? Aliqui vero non lienis contra refpondere iftud ajunt, num et natura talem ifti habent? fed illi, quod poftea fcriptum eft, totumque fermonem ita conftituunt, num et natura talem ifti habent, ut fuppurationibus? Confiderandum igitur deinceps exquifitius de ipfo erit, an, ut fuppurationibus, cum iftis praedictis ita fcribentes copulent; fed qui hoc deinceps fcriptorum initium effe volunt, hanc vocem, *ut*, auferunt ac talem orationem faciunt: fuppu-

ὅρος, τοῖσι μέλλουσιν ἐκπυΐσκειν, αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται. γνώρισμα τῶν μελλόντων ἐκπυΐσκειν τιθέμενοι τὴν ταραχὴν τῆς γαστρός. εἴη δ᾽ ἂν οὐ πάντων τῶν ἐκπυϊσκόντων, ἀλλὰ μόνων ὅσα ῥήγνυνται τῇ διὰ τῶν ἐντέρων ἐκκρίσει, τὸ σημεῖον τοῦτο γράφων ὁ Ἱπποκράτης. εἰ δ᾽ ἄνευ τοῦ διορίσασθαι περὶ ποίων λέγει τὴν ἑρμηνείαν ἐποιήσατο, θαυμαστὸν οὐδὲν, ἐὰν τοῦ κατ᾽ ἀρχὰς εἰρημένου μεμνήμεθα τοῦ γράφειν ἑαυτῷ ταῦτα παρασκευάς τινας εἰς συγγράμματα. μόνον γὰρ ἥκει πρὸς ἀνάμνησιν ὧν βούλεται δηλοῦν ἑαυτῷ, προκείμενον ἐν γραφῇ τὸ, κοιλίαι ἐκταράσσονται, λέγοντος αὐτοῦ κοιλίας ἐπιταράσσεσθαι τοῖς τοιούτοις ἐμπυήμασιν, ὧν μελλόντων ῥήγνυσθαι προδιΐδροῦταί τις ἰχὼρ λεπτὸς ἐκ τοῦ πύου, δι᾽ ὧν δακνόμενα τὰ ἔντερα ταραχήν τινα τῆς γαστρὸς ἐρ- [426] γάζεται, τουτέστι δήξεις τε καὶ προθυμίας συνεχεῖς ἐπ᾽ ἀποκρίσεις· ἔνιοι δὲ καὶ τοιάνδε τινὰ γραφὴν ἴσασι.

---

rationibus terminus, fuppuraturis ventres perturbantur, fuppuratorum indicium ventris perturbationem ftatuentes. Non de omnibus autem fuppurantibus, fed de iis folis, quae per inteftinorum excretionem erumpunt, fignum hoc fcribit Hippocrates. Quod vero fine diftinctione, de quibus intelligat, narrationem fecerit, nihil mirum, fi ejus, quod a principio dictum eft, meminerimus, ipfum videlicet fibi ipfi haec ut materiam quandam ad libros conficiendos praefcribere; folum enim ad eorum, quae fignificare fibi ipfi vult, reminifcentiam pertinet in fcriptura pofitum; iftud fcilicet, ventres perturbantur, ipfo dicente ventres in hujusmodi fuppurationibus perturbari, quae cum erupturae funt, ichor quidam tenuis ex pure prius exfudat, a quo inteftina demorfa conturbationem ventri inferunt, hoc eft morfus et affiduas excernendi cupiditates. Aliqui vero et hanc lectionem agnofcunt.

μδ'.

Τοῖσιν ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος, οἷσι μέλλουσιν ἐκπυΐσκειν, κοιλίαι ταράσσονται.

Βουλόμενος δηλοῦσθαι συντόμως τὸ διὰ τοῦ προγνωστικοῦ σαφῶς εἰρημένον, ἥκιστα δὲ τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ εἰς διαπύησιν τρέπεται. οἷς μέντοι μέλλει διαῤῥήγνυσθαι τὸ ἐμπύημα, κοιλίαι προεπιταράσσονται. πολυειδῶς δὲ καὶ ἄλλως γράφουσι καὶ διαιροῦσιν οὐ ταύτην μόνον τὴν ῥῆσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τὰς πλείστας, ἐξηγησάμενοι τοῦτο τὸ βιβλίον, ὡς ἀποῤῥεῦσαί τινα τῶν ἐπὶ τὰ τῆς τέχνης ἔργα σπευδόντων. φαίνονταί τινες ποιεῖν ὅπερ ὁ Τίμων εἶπεν·

εἰκάζων τί θέλεις, ὀλίγον κρέας, ὀστέα πολλά.

τινὲς δὲ καὶ τὴν ἑξῆς ῥῆσιν ἧς ἀρχὴ, σπλὴν (471) σκληρὸς οὐ τὰ ἄνω, ταύτῃ συνάπτουσιν, ἵνα ἐπὶ τῶν κατὰ σπλῆνα διαφορῶν ὁ λόγος ᾖ γινόμενος αὐτῷ· μεταβάντες οὖν ἐπ' ἐκείνην ἴδωμεν τὰς διαφορὰς, ἔχουσι γάρ τι χρήσιμον.

XLIV.

Suppurationibus umbilicus terminus, quibus fuppuraturis ventres turbantur.

Voluit brevibus docere, quod in praefagiorum libro clare dictum fuit; minime vero, quae infra umbilicum in fuppurationem vertuntur; at quibus eruptura fuppuratio, ventres prius conturbantur. Verum et aliter multis modis fcribunt ac dividunt non haec folum verba, fed etiam alia plurima hujusce libri interpretes, ut quis ad artis opera feftinans multum retardetur, ac nonnulli id facere videntur, quod Timon per fimilitudinem dixit:

Quid vis? pauca caro, offa multa.

Quidam autem et fequentem fermonem, cujus initium eft: *lienis durus*, non fuperius cum praefenti conjungunt, ut de lienis differentiis oratio ipfi habita fit. Tranfeuntes igitur ad ipfum differentias iftas videamus, aliquid enim utilitatis continent.

με'.

Σπλὴν σκληρὸς οὐ τὰ ἄνω, κάτω στρογγύλος, πλατὺς, παχὺς, μακρὸς, λεπτός.

Τῶν ἐν σπληνὶ παρὰ φύσιν ὄγκων ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει διαφορὰς ἔγραψεν, ὑποτυπούμενος ἑαυτῷ τάχα, διότι καταῤῥόπου σπληνὸς ἐμνημόνευσεν. ἡ γοῦν πρώτη διαφορὰ μία τῶν τοιούτου σπληνός ἐστιν, ὁπόταν μὲν σκληρὸς ῇ, μὴ μέντοι τὰ ἄνω, πρόδηλον ὅτι τὸ κάτω σκληρός ἐστιν. ἡ δευτέρα δὲ ὧν εἶπεν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει διαφορὰ τῶν καταῤῥόπων σπληνῶν αὐτῶν πάλιν ἐστὶν ἰδία. τούτων γὰρ τῶν καταῤῥόπων σπληνῶν κοινῶς ἐχόντων τὰ μὲν ἄνω μέρη μὴ ἔχειν σκληρὰ, τὰ κάτω δ' ἔχειν, ὁ μέν τίς ἐστι στρογγύλος, ὁ δὲ πλατὺς, ὁ δ' ἐπὶ μῆκος ηὐξημένος, ἤτοι σὺν ὄγκῳ παρὰ φύσιν ἢ χωρὶς τούτου μόνην ἐσχηκὼς τὴν κατὰ τὸ μῆκος ἐπίδοσι. ἐδήλωσε δὲ τὴν μὲν προτέραν ἐν τῷ φάναι, παχὺς, μακρός· τὴν δὲ δευτέραν ἐν τῷ μακρὸς, λεπτός. δὶς γὰρ τοῦ μακρὸς ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένου

XLV.

Lienis durus non ſuperius, inferius teres, latus, craſſus, longus, tenuis.

Tumorum lienis praeter naturam differentias his verbis ſcripſit ſibi ipſi fortaſſe deſignans, quoniam declivis lienis paulo ante meminerat. Prima igitur differentia hujusmodi lienis eſt, quum durus fuerit, ſed non ſuperius, manifeſtum eſt quod in ima parte durus eſt. Secunda vero ex iis quas in propoſitis verbis recenſuit differentia iterum ipſorum declivium lienum propria eſt; iſtorum enim delirium lienum commune quum ſit, ſuperiores partes non duras habere, ſed imas, aliquis teres eſt, aliquis latus, aliquis in longitudinem excrevit aut cum tumore praeter naturam aut ſine eo, ſolum longitudinis incrementum habens. Priorem quidem differentiam innuit dicens: craſſus, longus; ſecundam vero quum dixit, longus, tenuis. Nam quum vox haec, *longus*, bis ab Hip-

καθάπερ ἄν τις εἰκάσειε, τὸ ἕτερον ἀφεῖλον οἱ ἐγγραφόμενοι καὶ τοιαύτην ἐποίησαν τὴν ῥῆσιν, οἵαν ἄρτι προέγραψα. κατὰ λόγον δ' ἐστὶ πρώτης μὲν αὐτῶν μεμνημονευκέναι διαφορᾶς, καθ' ἣν ἔφη, σπλὴν σκληρὸς οὐ τὰ ἄνω, τουτέστι τὰ κάτω σκληρὸς, ὥσπερ καὶ κατάῤῥοπός ἐστιν. εἶτα πάλιν αὐτοῦ διαφορὰς τέσσαρας εἴρηκε· μίαν μὲν ἐν ᾗ στρογγύλος ἐστὶ, δευτέρα δὲ ἐν ᾗ πλατὺς, ἀμφοτέρων τούτων ἐχουσῶν κοινὸν τὸ μὴ προσηυξῆσθαι κατὰ μῆκος τὸν σπλῆνα. δύο δ' ἄλλας διαφορὰς τὴν μὲν ἑτέραν καθ' ἣν μακρὸς καὶ παχὺς γίνεται, τὴν δ' ὑπόλοιπον καθ' ἣν μακρὸς καὶ λεπτός. δὶς γὰρ, ὡς ἔφην, γεγραμμένου τοῦ μακρὸς, εἰκός ἐστιν ὡς περιττὸν παρελθεῖν [427] τὸν ἀντιγραφόμενον ἐκ τῶν ἀρχαίων ὑπομνημάτων. ἡ μὲν οὖν παλαιὰ γραφὴ τοιαύτη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ τὸ μακρὸς ἐγώ φημι δὶς ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένον ἅπαξ γραφῆναι πρὸς τοῦ βιβλιογράφου. δυνατὸν δ' ἴσως ἐστὶ κἂν ἅπαξ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ᾖ γεγραμμένον ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ τε παχὺς καὶ λεπτὸς ἀπὸ κοινοῦ δέξασθαι, συνῆφθαι τῷ τε προειρημένῳ καὶ τῷ μετ'

pocrate, ut quis conjicere poteſt, ſcripta foret, alteram exemplaris ſcriptores ademerunt, talemque orationem, qualem nuper ante ſcripſi, reddiderunt. Rationi autem conſentaneum eſt, ipſum primae differentiae meminiſſe, ubi inquit, lienis durus non ſuperius, hoc eſt ab ima parte durus, quemadmodum et declivis eſt. Deinde rurſum ipſius quatuor differentias enumeravit, unam per quam teres eſt, ſecundam per quam latus; quibus ambabus commune eſt, in longitudinem protenſum non eſſe lienem, duas reliquas differentias ponit, unam quidem longi et craſſi lienis, alteram longi et tenuis. Quum bis enim, ut dixi, haec vox *longus* ſcripta eſſet, par eſt eum qui ex veteribus codicibus deſcripſit, hanc ut ſupervacuam omiſiſſe. Vetus quidem lectio talis eſt, in qua vocem hanc, *longus*, ab Hippocrate bis poſitam, ſemel a librario fuiſſe deſcriptam ego contendo. Forſan autem etſi ab ipſo Hippocrate ſemel inter has voces, *craſſus et tenuis*, ſcripta eſſet, a communi ſenſu intelligi poſſet et cum prae-

αὐτὸ λεγομένῳ. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα τοιαῦτα τοῖς παλαιοῖς εὑρίσκεται. τοὺς δ' ἐξηγητὰς ἐθαύμασα πολυειδῶς μεταγράψαντας τὴν ῥῆσιν, ἄλλον ἄλλως. εἴπερ γὰρ ὅλως ἀποχωρεῖν τις τολμᾷ παλαιᾶς γραφῆς, κατά τι πιθανὸν χρὴ τοῦτον πράττειν ὥσπερ ἔφην ἐγὼ νῦν εὔλογον εἶναι, ἐφ' ὧν δὶς γεγραμμένου τοῦ μακρὸς παραλελεῖφθαι τὸ ἕτερον. ὅτι δ' οὕτως ἔχουσαν τὴν γραφὴν ἐπίστανται πάντες οἱ παλαιοὶ ἐξηγηταὶ μαρτυρία καὶ περὶ τοῦ Ζεύξιδος ἂν εἴη ἀρίστη. οὗτος γὰρ ὡς κακῶς ἐξηγησαμένου τοῦ Γλαυκίου τὴν προκειμένην ῥῆσιν οὐδὲν μὲν ἐγκαλεῖ περὶ τῆς γραφῆς, καίτοι γ' ἀπόρου καὶ ταύτης τῆς λέξεως φαινομένης αὐτῷ, ὅτι δὲ προσέθηκεν ἀποφάσεις τοῖς εἰρημένοις μέμφεται. φησὶ γὰρ ἀπορούμενον αὐτὸν καὶ μὴ δυνάμενον ἐξηγήσασθαι τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἅπασι τοῖς προειρημένοις ἀποφάσεις προστεθεικέναι, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης· κάτω στρογγύλος, οὐ πλατὺς, οὐ μακρὸς, οὐ λεπτός. ἡγεῖτο γὰρ Γλαυκίας ἀδύνατον εἶναι τὸν σπλῆνα ταῦτα τὰ πάθη δέξασθαι, μὴ δυνάμενα συνυπάρχειν, ὥσπερ ἀναγκαῖον ὂν ἐφ'

dicta et cum fequenti conjungi: nam et multa id genus alia apud veteres reperiuntur. Verum explanatores ego demiratus fum, haec verba multis modis alium aliter tranfcribentes. Si quis enim prorfum a veteri lectione discedere audeat, aliqua verifimili de caufa id facere debet, ficut ego nunc rationabile effe dixi, quum dictio haec, *longus*, bis fcripta foret, alteram effe omiffam. Quod hujusmodi autem lectionem omnes veteres explanatores agnofcant et Zeuxis locupletiffimus teftis eft. Ipfe namque Glauciam utpote male praefentia verba interpretatum, nihil quantum ad lectionem pertiret reprehendit, quamvis et ifta locutio ipfi ambigua videatur; fed quod dictis negationes addiderit vitio vertit: ipfum enim haefitantem et propofita verba enucleare nequeuntem omnibus praedictis negationibus adjeciffe inquit, perinde ac fi ita fcripfiffet Hippocrates, inferius teres, non latus, non craffus, non longus, non tenuis. Glaucias namque lienem omnia haec vitia fufcipere non poffe arbitrabatur, quae

ἑνὸς ἀνθρώπου πάντων ἀκούειν αὐτῶν. ἀλλ' οὐ διαφορὰς ἐφεξῆς αὐτῶν γράψαι τὸν Ἱπποκράτην πρὸς ἀνάμνησιν ὡς ἔμπροσθεν ἔγραψε δυσπνοίας τε καὶ πυρετῶν, οὕτω νῦν τῶν ἐν τοῖς καταῤῥόποις σπληνὶ παρὰ φύσιν ὄγκων. εἰ δ' ἔξεστι προστιθέναι τοῖς καταφατικοῖς εἰρημένοις ἀποφάσεις, ἅπαν οὕτω τις διαφθείρει δόγμα καὶ γνώμην οὐδεμίαν φυλάξει τῶν παλαιῶν βεβαίαν.

μστ'.

Ἧσσον τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσιν.

Οὐδὲν ἄλλο ἔχομεν νοεῖν ἢ ὅτι τὰ εἰρημένα τῷ σπληνὶ συμβαίνειν ἧττον γίνεται τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσι. αἰτίαν δὲ τούτου καὶ Ῥοῦφός φησι καὶ Σαβῖνος, διότι τὸ αἷμα καθαίρεται τῇ κορύζῃ. διὰ τοῦτο γὰρ οἴονται τὸ μηδὲν ἥκειν ἐπὶ τὸν σπλῆνα. βέλτιον δ' εἰς καθολικὸν ἀνάγεσθαι λόγον, οὐκ εἰς κατὰ μέρος αὐτό. πάνυ γάρ ἐστι

una consistere minime valerent: quasi in uno homine omnia haec intelligenda esse necesse foret et non sibi ipsi deinceps differentias memoriae causa Hippocrates persecutus esset, ut antea difficilis spirationis et febrium, ita et nunc tumorum praeter naturam in declivibus lienibus. Quodsi affirmative dictis negationes addere licet, hoc modo aliquis omnia placita depravabit, nullamque veterum sententiam stabilem conservabit.

LXVI.

Minus capitis gravedine laborantibus.

Nihil aliud intelligere possumus quam quod vitia lieni accidere dicta minus capitis gravedine laborantibus eveniunt. Hujus vero causam et Rufus et Sabinus dicunt, quia sanguis per gravedinem repurgatur; propterea enim putant nihil in lienem descendere. At satius fuerit ad communem rationem, non ad privatam haec verba

σπάνιον ἐν ὅλῳ τῷ σώματι δύο τινὰ μόρια παραπλησίως ἔχειν ἀσθενῆ. τοῖς πλείστοις γὰρ ἕν γε τοιοῦτον φαίνεται γινόμενον, εἰς ὃ κἂν πληθώρα κἂν κακοχυμία τις ἐν τῷ σώματι γένηται, πάντα συῤῥεῖ τὰ περιττά. φθάσαντος δ᾽ ἑνὸς αὐτὰ δέξασθαι, τὰ λοιπὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα διαμένει. οὐ μόνον οὖν τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν ἀναπνευστικῶν τὶ μορίων ἢ τῶν κατὰ νεφροὺς καὶ ἧπαρ ἢ κοιλίαν ἀσθενὲς ἔχουσι φύσει, μᾶλλον ἐκεῖνο πάσχον εὕροις ἂν ἢ τὸν σπλῆνα. τούτου δὲ ὄντος κοινοῦ καὶ καθόλου, προσθείη ἄν τις ἴδιον τῶν νῦν λεγομένων, ἐφ᾽ ὧν ἀθροίζεται φλεγματῶδες ὑγρὸν ἢ [428] λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες, οἷοί πέρ εἰσι καὶ οἱ ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεις, τούτοις μὴ πάνυ τι τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ἐν σπληνὶ συνίστασθαι, παχέσι καὶ μελαγχολικοῖς ἑπομένους χυμοῖς.

μζ΄.

Ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη καὶ αἱ ἐς τὴν νοῦσον

redigere: perrarum enim eft in omni corpore duo aliqua membra aequaliter effe debilia: nam in plurimis unum plane ejusmodi deprehenditur, in quod feu plenitudo feu vitiofi humores contracti funt, omnia fupervacua feruntur; unum autem, fi haec praeoccupaverit, reliqua membra in naturali ftatu permanent. Non folum itaque capitis gravedine affectis, fed etiam aliquam fpirabilium partium aut fecundum renes et jecur et ventriculum infirmam naturaliter habentibus, eam magis quam lienem vitiis obnoxiam effe reperies. Hoc vero commune cum fit et univerfale, proprium eorum quae nunc dicuntur adjiciat. In quibus pituitofus humor aut tenuis et aqueus colligitur, quales profecto et illi funt, qui capitis gravedine vexantur, iftis haud ita faepe praeter naturam tumores, qui ex craffis melancholicisque humoribus conftant, in liene procreari.

XLVII.

Circa aegrotantem adminiftratio et de morbo interroga-

ἐρωτήσιες, ἃ διηγεῖται, οἷα, ὡς ἀποδεκτέον οἱ λόγοι, τὰ πρὸς τὸν νοσέοντα, τὰ πρὸς τοὺς παρεόντας καὶ τὰ ἔξωθεν.

Ἐξεῦρεν οἰκεῖον ὄνομα τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι λόγων, οἰκονομίην εἰπών. οὐ γὰρ ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις σχεδὸν ἅπασι συγγράμμασιν, ἤτοι διαγνώσεις παθῶν ἢ θεραπείας ἢ προγνώσεις τῶν ἐσομένων ἔγραψεν, οὕτω καὶ νῦν. ἀλλ' ὅπως ἄν τις ἐπιδεξίως, οἷς ἐμάθομεν ἰατρικοῖς θεωρήμασι χρῷτο, διέρχεται κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν, οὐ κατὰ μέρος ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὰ καθόλου κεφάλαια μόνον γράφων. καὶ πρώτου γε μέμνηται κατὰ ταῦτα τῶν ἐρωτήσεων, ἃς ὁ ἰατρὸς δηλονότι ποιεῖται πρὸς τὸν κάμνοντα, δευτέρου δὲ τῶν διηγήσεων αὐτοῦ. πολλὰ γὰρ εἰώθασιν οἱ κάμνοντες διηγεῖσθαι, δυνάμενα τὴν γνώμην ἐνδείξασθαι τοῦ λέγοντος. ὡς εἴ γε μὴ πρότερον εἰδείημεν αὐτὸν ἐξ αὐτῶν ὧν ἂν διηγήσατο, συνήσομεν, ὁποῖός τίς ἐστιν, οὕτως αὐτῷ προσφέρεσθαι. φρόνιμον μὲν γὰρ εἰ γνωρίσαις εἶναι τόνδε τινὰ

tiones. Quae narrat, qualia, ut accipiendi ſermones. Quae ad aegrotantem, quae ad adſtantes, quae ad externos.

Proprium dicendorum nomen invenit oeconomiam, id eſt adminiſtrationem inquiens. Neque enim ut in aliis fere omnibus libris aut affectuum notitias aut curationes aut futurorum praeſenſiones ſcripſit, ita et in praeſentia fecit, ſed quo quis modo medicinalibus quae didicit praeceptis commode uteretur, in propoſito ſermone declarat, non ipſa ſingula, ſed communia tantum capita deſcribens. Atque inter haec primo de interrogationibus, quibus medicus ſcilicet aegrotantem interrogat, mentionem facit; ſecundo de laborantis ſermonibus. Multa enim laborantes conſueverunt, quae dicentis mentem patefacere poſſunt, ut, niſi prius ipſum noverimus, ex his quae narraverit, qualecunque ſit ipſius ingenium, ita nos ipſi

τὸν ἄνθρωπον, ἔτι τε μὴ δειλὸν, ἀληθεύειν πειραθήσῃ μηδὲν ὑποστελλόμενον τῶν κατὰ τὴν νόσον ἐσομένων. ἄφρονα δὲ καὶ δειλὸν ὢν ἂν εὐθυμότερος γένοιτο, πάντα ταῦτα ἐρεῖν μετὰ τοῦ μηδὲν μέγα ψεύδεσθαι. κἂν ἀναγκασθῇς δέ ποτε διὰ δειλίαν ἐσχάτην τοῦ κάμνοντος ἐπαγγείλασθαι σωτηρίαν αὐτῷ βεβαίαν. ἀλλ' ἐξελθών γε τοῖς κηδομένοις αὐτοῦ τἀληθῆ φράζε. πειρῶ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς κάμνουσι, κἂν ἄκρως εἰσὶ δειλοὶ, μὴ (472) καθάπερ οἱ προχείρως ψευδόμενοι τὴν σωτηρίαν ἐπαγγέλλεσθαι χωρὶς τοῦ προσθεῖναί σε τὴν ἀρχὴν ἔσεσθαι ταύτην, ἅπαντα πράττοντος αὐτοῦ καλῶς καὶ πειθομένου τοῖς προστάγμασι τῶν ἰατρῶν. οὕτω γὰρ οὔτ' ἐκεῖνος ἀθυμήσει καὶ σὺ πολλάκις ἀληθεύσεις. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν ἐπισφαλῶν νοσημάτων ἀνατρέπουσι τοὺς κάμνοντας ἀπειθοῦντας τοῖς ἰατροῖς. ὡς ὀλίγα πάνυ τὰ πάντως ἀναιρεθήσεται, ἐὰν μήθ' ὁ ἰατρὸς ἁμαρτάνοι μήθ' ὁ νοσῶν μήθ' οἱ ὑπηρέται, μήτ' ἄλλο τι τῶν ἔξωθεν ἐκ τύχης γένηται βλαβερόν. ὅσοι γὰρ ἐν σφαλεροῖς

accommodare fciamus. Nam fi prudentem hominem hunc, praeterea non timidum effe cognoveris, vera ipfi dicere conaberis, nihil eorum quae in morbo futura funt, fubtrahens, neque diffimulans; at fi ftultum atque timidum, omnia ea quibus ipfe meliori animo futurus fit dicito, neque tamen magnopere mentiaris. Quod fi interdum ob extremam laborantis formidinem ipfi certam falutem polliceri coactus fueris, egreffus faltem, ejus curam gerentibus vera dicito. Ipfis quoque laborantibus etfi maxime timidis, ne, ut aperte mentientes faciunt, falutem polliceri tentato, nifi illud addideris imprimis, fanitatem quidem affuturam, omnia ipfo recte agente et medicorum praeceptis obtemperante. Ita enim neque ille animum defpondebit et tu plerumque vera retuleris; nam plurimi periculofi morbi aegrotos medicis morem haud gerentes necant; quandoquidem perpauci admodum prorfus mortiferi funt, fi neque medicus erret, neque aegrotus, neque miniftri, neque aliud quicquam extrinfecus fortuito

νοσήμασι πλέον ἢ προσῆκεν τοὺς κάμνοντας εὐθύμους ποιοῦσι, πολλαπλασίαν αὐτοῖς ἀθροίζουσι δυσθυμίαν ἐν ταῖς ἑξῆς ἡμέραις, ὅταν ἤτοι χεῖρον φαίνηται τὸ νόσημα γινόμενον ἢ χρονίζῃ παρὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν ἰατρῶν. ἀλλὰ καὶ θαῤῥήσαντες, ὡς ἀκινδύνως νοσοῦντες οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων, οὐ πάνυ κατήκοοι γίνονται τῶν ἰατρῶν. ἄμεινον μὲν οὖν ἐπίστασθαι τὸ τοῦ κάμνοντος ἦθος, ἔμπροσθεν ὅθ᾽ ὑγίαινε πεπειραμένον. εἰ δὲ νῦν αὐτῷ πρῶτον ἐντυγχάνομεν, ἐξ ὧν διηγεῖται συνήσομεν ὁποῖός τίς ἐστιν. ἐφ᾽ ὧν δὲ προγινώσκομεν, ἐξὸν μέν τι πρὸς τὴν νόσον [429] ἐξευρίσκειν. εἰ γὰρ κόσμιος ὢν φύσει θρασέως ἀποκρίνεται καὶ φρόνιμος ὢν ἄφρων φαίνεται κατὰ τὴν διήγησιν, ἔνδειξις ἡμῖν ἐντεῦθεν ἔσται τοῦ βεβλάφθαι τὴν διάνοιαν αὐτῷ. καθάπερ εἰ καὶ νήφων καὶ φροντιστὴς ἢ ἀγρυπνητικὸς εἴη καὶ φύσει χαίρων τῷ διηγεῖσθαι μακρὰ, νωθρὸς φαίνοιτο περὶ τὰς διηγήσεις ἢ τὰς ἀποκρίσεις, κἀξ αὐτῆς δὲ τῆς φωνῆς ἔνεστί τι τεκμήρασθαι περὶ τῆς νόσου. τινὲς μὲν γὰρ μόγις φθέγγονται, τινὲς δὲ βραγχῶδες ἢ ὀξὺ περὶ τὸν

noxium inciderit. Quicunque enim in periculofis morbis plus quam deceat aegrotantes hilares et bonae fpei plenos reddunt, in multo majorem conjiciunt triftitiam fequentibus diebus, quum aut in pejus morbus cecidiffe videtur, aut ultra promiffa medicorum producitur. Quin etiam plures homines confifi, perinde ac fi fine periculo aegrotent, medicis non obtemperant. Itaque laborantis ingenium, prius quum recte valebat, expertos fcire melius eft; at fi nunc primum ipfi occurrimus, de ejus locutione, quâlisnam fit, percipiemus. Ex iis vero, quae praefcimus, aliquid ad morbum utile invenire licet; nam fi natura modeftus audacter refpondet, prudens item natura fi loquendo imprudens deprehenditur, hinc ejus mentem laefam effe nobis indicabitur, quemadmodum etiam fi fobrius cogitabundus aut pervigil et natura loquax in locutionibus atque refponfionibus tardus torpensque appareat. Item ex ipfa voce aliquando de morbo conjectura deprehendi poteft: quidam enim vix vocem edunt, aliqui rau-

τῆς νόσου καιρόν. ἔνιοι δὲ ψελλίζουσί τε καὶ τραυλίζουσιν, ὧν ἕκαστον ὁποῖόν τι σημαίνει μεμάθηκας ἐν ἑτέροις. ἐκ μὲν δὴ τῶν τοιούτων ὁ ἰατρὸς γνώσεταί τι περὶ τοῦ νοσοῦντος, ὁποῖος τὴν γνώμην καὶ τὸ ἦθος, αὐτῆς δὲ τῆς νόσου τίς θ' ἡ ἰδέα. πάλιν δ' αὐτὸς ἐπιδείξεται τῷ τε κάμνοντι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὁποῖός τίς ἐστι τὴν τέχνην ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων. καὶ ῥῖνα μὲν γὰρ ὀξυμμένην καὶ ὀφθαλμοὺς κοίλους καὶ κροτάφους συμπεπτωκότας ἰδών τις ἐν ὀξεῖ νοσήματι πυνθάνεται μή τις κένωσις αὐτῷ γέγονεν ἢ ἀγρυπνία καὶ λύπη, μὴ σιτίων ἔνδεια καὶ κόπος ἰσχυρός. εἰ δ' ἀσύμπτωτον θεασάμενος, ἐρήσεται μή τις συνήθων ἐκκρίσεων ἐπίσχεσις ἢ παρὰ τὸ ἔθος ἀργῶς καὶ πλησμονῆς διηλήθη. δυνήσεται δὲ καὶ περὶ ψύξεως, ἐγκαύσεώς τε καὶ οἰνοπόσεως πολλῆς, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα πυνθάνεσθαι κατὰ τρόπον, ὥστε ἐν αὐτῷ τούτῳ πρῶτον ἐπαινεθῆναι πρὸς τῶν παρόντων. ἐὰν γὰρ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ προγινωσκόμενα τῷ τε κάμνοντι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὁ ἰατρὸς

cam aut acutam ipfo morbi tempore, nonnulli balbi ac blaefi funt; haec fingula quid fignificent alibi didicifti. Ex his plane medicus aliquid ad aegroti notitiam pertinens elicere poterit, qualis videlicet fit ejus mens atque mores et ipfius morbi quae fpecies fit. Rurfum vero ipfe et aegroto et adftantibus qualis in arte medica fit, ex ipfis interrogationibus demonftrabit. Nam quispiam in acuto morbo nafum acuminatum, oculos cavos temporaque fubfidentia intuitus interrogat, num evacuatio aliqua ipfi acciderit aut vigilia et moeror, num ciborum abftinentia et fatigatio magna. Sin autem faciem minime contabuiffe infpexerit, fcifcitabitur num aliqua ex ufitatis excretionibus fuppreffa fit, num praeter morem otiofe et largo cibo ufus vitam duxerit. Poterit item et de frigore, aeftu, nimio vini potu et id genus aliis omnibus appofite percontari, ut in hoc ipfo primum a praefentibus laudetur. Etenim fi praeterita et aegrotanti adftantibusque praefcita medicus interrogando veftiget, ftatim ipfum ad-

πυνθάνηται, θαυμάζουσιν εὐθέως αὐτὸν, ὥσπερ εἰ καί τινα τῶν ἐναντίων τοῖς γεγονόσιν ἐρωτᾷ, καταγινώσκουσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν συμβεβηκότων τοῖς κάμνουσιν ἔνια, πρὶν ἀκοῦσαι παρ᾽ αὐτῶν, ἐν μέσῳ σχήματι λέξεως, ἐρωτήσεώς τε καὶ ἀποφάσεως, ἐὰν εἰπὼν ἐπιτύχῃ, θαυμάζεται. λέλεκται δ᾽ ἅπαντα ταῦθ᾽ ἡμῖν ἑτέρωθι καὶ νῦν, ὡς ἔφην, Ἱπποκράτους αὐτὰ μόνα, τά τε πρῶτα κεφάλαια διερχομένου καὶ ἡμεῖς κατά τινα πρώτην τομὴν αὐτὰ διήλθομεν. εἰ δὲ τὰ κατὰ μέρος ἅπαντα λέγοιμι, τά τε εἰς τὸ προγνωστικὸν ὑπομνήματα καὶ τὰ περὶ κρίσεων, ἐνταῦθα μεταφέρειν ἀναγκασθήσομαι. τούτων δ᾽ ἔξωθέν ἐστιν εἰς τὴν οἰκονομίαν τε καὶ χρῆσιν ὠφελοῦντα καὶ τῶν ὑφ᾽ Ἡροδότου γραφέντων ἔνια κατὰ τὸ βιβλίον ὃ ἐπέγραψεν αὐτὸς ἰατρόν. εἴρηται δὲ καὶ πρὸς ἡμῖν ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ προγινώσκειν διερχόμεθα. ἀναλαβόντες οὖν αὖθις ἐξ ἀρχῆς τὰ κεφάλαια τοῦ λόγου μεταβῶμεν ἐπί τι τῶν ἐξ ἀρχῆς γεγραμμένων. ὥσπερ ἐν τῷ βίῳ τὸ κτᾶσθαι τὰ προσήκοντα πάντα, λέγω δὲ

mirantur, quemadmodum damnare solent, quando aliqua iis quae facta sunt contraria perquisivit. Verum etiam si eorum aliqua quae aegrotis acciderunt, priusquam ab ipsis audivit, in media locutione in interrogando ac respondendo ipse forte dixerit, magnam sui admirationem concitat. Haec sane omnia a nobis alibi tradita sunt et hoc loco, ut dictum est, haec sola primaque capita, recensente Hippocrate, nos quoque secundum primam quandam divisionem ipsa narravimus, quae si omnia singulatim dicere voluero, et in prognostica explanationes et de judicationibus commentaria huc transferre coactus fuero. Sed praeterea ad oeconomiam usumque conducunt quaedam ab Herodoto inscripta in libro, quem ipse medicum inscripsit; a nobis vero et ubi de praesagiendo sermonem fecimus, dicta sunt. Igitur rursum ab initio orationis nostrae capita repetentes, ad aliquod eorum, quae primo scripta sunt, transeamus. Quemadmodum in vita omnia opportuna possidere, vestes dico, utensilia, servos, jumenta

ἐσθῆτα καὶ σκεύη καὶ οἰκέτας, ὑποζύγιά τε καὶ ἄλλα θρέμματα καὶ οἰκείας καὶ σῖτον καὶ χέδροπα καὶ τραγήματα καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον, ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, διαφέρει πάμπολυ τοῦ χρῆσθαι τούτοις προσηκόντως, ὅπερ ὀνομάζουσιν οἰκονομίαν. οὕτω καὶ κατὰ τὴν ἰατρικὴν οὐ ταυτόν ἐστι τὸ μαθεῖν τὴν τέχνην τῷ χρήσασθαι προσηκόντως οἷς ἔμαθέ τις, ἐπιστάμενος ἐν καιρῷ μὲν αὐτὸς ἐρωτήσειν καὶ εἰπεῖν, ἐν καιρῷ δ᾽ ἀκοῦσαί τι τοῦ κάμνοντος ἢ τῶν οἰκείων αὐτοῦ διαλεχθῆναί τε αὐτοῖς, ὅπως εἰς τὴν ὑπηρεσίαν ὡς χρησιμώτατοι γίνονται, προνοήσασθαί τε τῶν ἔξωθεν, ἃ παρορᾶται τοῖς ἰατροῖς καὶ τοῖς οἰκείοις τοῦ κάμνοντος. ὧν μάλιστα χρήσιμα τὰ περὶ τὰς κατακλίσεις εἰσὶν ἢ τῶν οἰκιῶν ὅλην μοχθηρῶν οὐσῶν ἢ τῶν οἴκων ἐν οἷς οἱ νοσοῦντες κατάκεινται δι᾽ ὀσμὴν μοχθηρὰν ἢ ἀέρα θερμὸν ἢ ψυχρὸν ἰσχυρῶς ἢ εὐρῶτος πλήρη. καὶ περὶ [430] τῆς ἐνοχλήσεως δὲ τῆς ἐκ τῶν γειτνιώντων ἢ τῆς τῶν παρόντων κατὰ τὰς δημοσίας ὁδοὺς προνοήσασθαι χρὴ τὸν ἰατρὸν, διαλεχθῆναι δὲ περὶ τούτων ἁπάντων τοῖς οἰκείοις τε καὶ φίλοις

et alias pecudes, aedes item, frumentum, legumina, bellaria, vinum, oleum aliaque id genus omnia, ab eorum convenienti ufu, quem oecononiam vocant, longe differt. Sic et in medicina artem didiciffe et iis, quae quis didicit, appofite uti haud idem eft: ut ipfe in tempore interrogare et dicere fciat; in tempore aliquid ab aegrotante aut ejus familiaribus audire ipfosque edocere, ut ad fervitia utiliffimi fint et extrinfecus incidentia animadvertant, quae a medicis et aegroti domefticis negliguntur. Inter quae maxime utilia funt quae ad decubitus pertinent vel ad aedes prorfus malas vel ad cubicula, in quibus aegroti jacent, propter odorem tetrum aut aërem calidum feu frigidum valde aut fitu aut putredine vitiatum. Praeterea moleftiae ac vexationibus, quae a vicinis aut iis qui in publicis viis verfantur, aegrotis adhibentur, medicum profpicere convenit, ac de his omnibus cum familiaribus amicisque aegrotantis differere. Haec eft

νοσοῦντος. αὕτη γάρ ἐστι καὶ τοιαύτη τις ἡ περὶ τοὺς κάμνοντας οἰκονομία.

μη'.

Ὅτι ἐν θερμοτέρῳ στερεωτέρων, ἐν τοῖσι δεξιοῖσι καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἔξω αἱ φλέβες καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον.

Οὐδὲν θαυμαστόν ἐστι κἀνταῦθα παραλελεῖφθαι τὸ συνέχον μάλιστα τὸν ὅλον λόγον. οὐ γάρ σύγγραμμά ἐστι τὸ βιβλίον τοῦτο πρὸς ἔκδοσιν γεγονὸς, ἀλλὰ παρασκευαί τινες ἢ ὑποτυπώσεις ὁποίας ἑαυτοῖς εἰώθαμεν ποιεῖσθαι, ὡς εἴ γε σύγγραμμα ἦν, οὕτως ἂν ἀρχόμενος ὡς ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔγραψε, προσέθηκε τὰ ἐφεξῆς, τὸν ὅλον λόγον ποιησάμενος τοιοῦτον. ἔμβρυα τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι μέρεσι τῆς μήτρας μᾶλλον εὑρίσκεται συνιστάμενα, τὰ δὲ θήλεα κατὰ τὸν ἕτερον κόλπον αὐτῆς τὸν ἀριστερόν. εἰκός γάρ ἐστιν ἐν τῷ θερμοτέρῳ μέρει τῆς μήτρας τὸ θερμότερον συνίστασθαι, θερμότερον δέ ἐστι τὸ ἄῤῥεν, ὡς

enim atque hujusmodi circa laborantes vocata oeconomia, id eſt adminiſtratio.

XLVIII.

Quoniam in calidiore firmiorum, in dextris et nigri. Idcirco et extra venae et longe biliofiores.

Hoc quoque loco id, quod maxime totam orationem continuat, omiſſum eſſe nihil mirum eſto, neque enim liber iſte compoſitio eſt, ut divulgetur, edita; ſed apparatus quidam vel annotationes, quales nobis ipſi conficere ſolemus. Nam ſi integer liber eſſet, ita ſane incipiens, ut in aphoriſmis ſcripſit, quae conſequuntur adjeciſſet, totam orationem talem reddens: foetus maſculi quidem in dextris uteri partibus conſiſtere magis inveniuntur, foeminae in altero ejus ſinu, ſiniſtro videlicet. Decens enim eſt in calidiore uteri parte calidiorem foetum coaleſcere; calidior eſt autem maſculus, ut ipſius venarum magnitudo

δηλοῖ καὶ τὸ τῶν φλεβῶν μέγεθος ἐν αὐτῷ καὶ ἡ χρόα. μελάντεροι γὰρ τοὐπίπαν οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν. οὕτω μὲν εἰ σύγγραμμα ἔγραφεν ὁ Ἱπποκράτης, ὁμοίως τῷ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων καὶ προγνωστικῷ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ἐπεποίητο τὴν ἑρμηνείαν. ἐπεὶ δ', ὡς ἔφην, ἑαυτῷ μόνῳ ταῦτα ὑπετυπώσατο, διὰ τοῦτο περιλέλειπται τὸ κεφάλαιον τοῦ λόγου, μὴ δηλώσαντος αὐτοῦ περὶ τῶν κατὰ τὴν κύησιν ἀῤῥένων λέγεται ταῦτα. τὸ μέντοι ἄῤῥεν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς μήτρας κυΐσκεσθαι καὶ ἄλλοι τῶν παλαιοτάτων ἀνδρῶν εἰρήκασιν. ὁ μὲν γὰρ Παρμενίδης οὕτως ἔφη, δεξιτεροῖσι μὲν κούρους, λαιοῖσι δ' αὖ κούρας. ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς οὕτως·

ἐν γὰρ θερμοτέρῳ τὸ κατ' ἄῤῥενα ἔπλετο γαίης.

καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἀνδρωδέστεροι ἄνδρες καὶ λαχνήεντες μᾶλλον. ὅτι δὲ ἀληθὲς ἡ περὶ τῆς κράσεως τοῦ ἄῤῥενος ὡς θερμοτέρου δόξα, τελέως ὁ λόγος ἐν τοῖς περὶ κράσεως ὑπομνήμασιν ἐξείργασται. νυνὶ δ' ὡς πολλάκις εἶπον, οὐκ ἀπο-

et color indicat; nigriores enim plerumque viri mulieribus ſunt. Ita namque ſi exactum opus ſcripſiſſet Hippocrates, quale eſt de fracturis, de articulis, de praeſagiis atque id genus, alia locutione uſus fuiſſet; quoniam vero, ut dixi, haec ſibi ipſi veluti delineavit, idcirco orationis caput omiſſum eſt, ipſo non ſignificante de maſculis utero contentis haec dicta eſſe: marem ſane in dextra uteri parte concipi et alii vetuſtiſſimi viri teſtati ſunt. Parmenides enim ita inquit: in dextris quidem pueros, ſiniſtris vero puellas. At Empedocles ſic:

In calidiore enim parte terrae maſculus fuit.

Et nigri idcirco et viriliores viri et hirſuti magis. At opinionem de maris temperatura ut calidiore veram eſſe exquiſite in commentariis de temperamentis explicavimus. Nunc vero, ut ſaepius repetivimus, Hippocratica

δεικνύναι τὰ δόγματα πρόκειται τὰ Ἱπποκράτεια, ὅτι μὴ πάρεργον, ἀλλὰ τὴν λέξιν ἐξηγεῖσθαι. καὶ ταύτην οὖν τινες τῶν νεωτέρων ἐξηγητῶν ἐτόλμησαν μεταγράφειν (473) τὸ στερεωτέρων καὶ ποιῆσαι στερεώτεροι. δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἄλογον εἶναι τὸ δεξιὸν μέρος τῆς μήτρας ὥσπερ θερμότερον, οὕτω καὶ στερεώτερον λέγεσθαι. φαίνεται γὰρ ὁμοίως ἔχον ὅσον ἐπὶ στερεότητι καὶ διὰ τοῦτο χρῆναι γράφειν φασὶν, ὅτι θερμοτέροις στερεώτερον ἐν τοῖσι δεξιοῖσι καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, δηλούσης τῆς λέξεως ἐν τῷ θερμοτέρῳ τῆς μήτρας μέρει κυΐσκεσθαι στερεώτερον, ἐν ἴσῳ τῷ ἰσχυρότερον καὶ εὐρωστότερον, ἐπειδὴ καὶ θερμότερόν ἐστι φύσει. περὶ δὲ τῆς ἀληθείας τοῦ δόγματος οὐ νῦν ὡς ἔφην εἶναι λέγειν καιρός. ἐπεὶ δ' ἔνιοι πρὸς τοὺς εἰπόντας ἅπαντα δεξιὰ μέρη τῶν ἀριστερῶν εἶναι θερμότερα καὶ ἰσχυρότερα διὰ τὴν τοῦ ἥπατος θέσιν, ἀντιλέγοντες ἔφασαν, [431] ἀλλ' ἔκ τε τῶν ἀριστερῶν ἡ καρδία κεῖται καὶ φαίνεται μήθ' ὁ δεξιὸς ὀφθαλμὸς τοῦ ἀριστεροῦ μᾶλλον βλέπων μήτε τὸ οὖς ἀκοῦον ἢ τὸ σκέλος βαδίζον, ἀλλ' ἐπὶ τῆς χειρὸς μόνης τὸ

decreta, nisi obiter ratione confirmare non decrevimus, sed ejus tantum verba interpretari. Verum et hanc lectionem nonnulli recentiores explanatores immutare ausi sunt, hanc dictionem, *firmiorum*, in hanc *firmius* convertentes; istis namque rationabile esse videtur dextram partem uteri ut calidiorem, ita firmiorem esse debere: similiter enim quantum ad firmitudinem pertinet sese habere videtur. Atque ideo scribendum esse ajunt, quoniam in calidioribus firmius in dextris et nigri, hoc significantibus verbis, in calidiore vulvae sinu conceptum esse firmius, quod idem significat ac valentius et robustius, quandoquidem et calidius est natura. De veritate autem hujusce placiti in praesentia, ut dixi, non est tempus differendi. Caeterum quoniam nonnulli adversus dicentes omnes dextras partes sinistris ob jecoris situm calidiores esse ac valentiores, contradicentes inquiunt: At in laeva parte cor ponitur, neque dexter oculus exactius quam sinister cernere, neque dextra auris audire aut dextrum crus melius am-

τοιοῦτον δοκεῖ πιθανὸν εἶναι, διὰ τοῦτο ὀλίγα πρὸς αὐτοὺς εἰρήσεται. μεγίστη γὰρ ἀπόδειξις τοῦ τὰ πλεῖστα τῶν ἀῤῥένων ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι κυΐσκεσθαι τὸ ἐκ τῆς ἀνατομῆς τῶν ζώων φαινόμενον. δύο γοῦν ἐχούσης κόλπους τῆς μήτρας συναπτομένους, κατὰ τὸν αὐχένα κοινὸν ἀμφοῖν ὄντα, τὰ μὲν ἄῤῥενα τοὐπίπαν ἐν τῷ δεξιῷ φαίνεσθαι κυϊσκόμενα, τὰ θήλεα δ' ἐν θατέρῳ, κάλλιον ἦν τούτου φαινομένου ζητῆσαι τὴν αἰτίαν, οὐκ ἀνατρέπειν πειρᾶσθαι τὸ ἀληθὲς, ἀγνοίᾳ τῆς αἰτίας. ἀλλ' ὑμεῖς γε καὶ τὴν αἰτίαν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν ἐμάθετε, θεασάμενοι πρὸς μὲν τὸ δεξιὸν μέρος τῆς μήτρας, μετὰ τὸ καθαρθῆναι τὸ αἷμα, κατὰ τοὺς νεφροὺς ἀφικνούμενον, εἰς δὲ τὸ ἀριστερὸν ἀκάθαρτόν ἐστι καὶ ὀῤῥῶδες. ἐθεάσασθε δὲ καὶ τὴν καρδίαν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ θώρακος κειμένην, οὐκ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. οἰηθῆναι δέ τινας ἐνταῦθα κεῖσθαι μᾶλλον αὐτὴν εἰκός ἐστιν ἐκ τοῦ διασημαίνειν τὸν σφυγμὸν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, ὡς ἂν τῆς ἀριστερᾶς ἐν αὐτῇ κοιλίας σφυζούσης.

---

bulare cognofcitur, fed in dextra manu folum id verifimile effe videtur. Idcirco pauca in iftos dicentur: maxima namque demonftratio, quod plurimi mares in dextra parte concipiantur, illud eft, quod ex animalium diffectione confpicitur. Duos quidem finus habente utero per cervicem ambobus communem copulatos, mares fane plerumque in dextro, foeminae vero in altero concipi deprehenduntur. Quare fatius erat hujusce rei fenfui apparentis caufam explorare et non veritatem fubvertere caufae ignoratione conari. Sed vos et caufam in libro de diffecandi arte didiciftis, ad dextram uteri partem per renes fanguinem repurgatum, ad finiftram vero immundum adhuc atque feorfum defcendere intuiti; cor etiam in medio pectore, non in finiftris collocatum effe vidiftis. In hac autem parte quidam ipfum magis fitum effe haud injuria crediderunt, quoniam pulfus hoc in loco percipitur, nempe finiftro cordis ventriculo fefe in ipfo commovente.

μθ'.

Συνεκρίθη, συνέστη ὀξύτερον, κινηθὲν ἐμολύνθη καὶ βραδύτερον αὔξεται καὶ ἐπὶ πλείω χρόνον.

Πολλάκις εἶπον ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ μυρίας εἶναι γραφὰς, διὰ τὴν ἀσάφειαν ἄλλων ἄλλως αὐτὰς ῥυθμιζόντων, ὡς ἂν ἑκάστῳ δόξῃ τὸ τῆς ἐξηγήσεως ἔσεσθαι πιθανόν. ἀλλ' ἐγὼ τὰς παλαιὰς γραφὰς προαιροῦμαι, κἂν ἀπίθανοι δοκῶσιν εἶναι καὶ μείζονα τὴν ἀπορίαν ἔχοιεν. δι' αὐτὸ γὰρ πιστεύοι ἄν τις αὐτὰς οὕτως εἰρῆσθαι. διότι καίτοι γ' ἀπορίας οὔσης περὶ τὴν ἐξήγησιν, ὅμως οἱ παλαιότατοι τῶν ἐξηγητῶν ἐν ταύταις ὁμολογοῦσιν. εἰ δέ γ' ἐτόλμων αὐτὰς μεταγράφειν, εἰς εὐπορωτέραν ἂν ὑπήλλαττον λέξιν ὥστε πιθανὴν γενέσθαι τὴν ἐξήγησιν. εἰ τοίνυν τῆς προκειμένης ῥήσεως οὕτως νῦν γεγραμμένης ἐν τοῖς παλαιοῖς ἀντιγράφοις. εἰδότων δὲ καὶ τῶν παλαιῶν ἐξηγητῶν οὕτως αὐτὴν ἔχουσαν ἐξεῖλον οἱ πλεῖστοι τῶν νεωτέρων τὸ ἐμολύνθη. τινὲς δὲ καὶ τῷ κινηθὲν προσέθηκαν τὸ βραδύτερον, ὡς γενέσθαι

XLIX.

Concretum eft, conftitutum eft, citius motum eft, inquinatum eft et tardius augetur et per longius tempus.

Crebrius dixi hoc in libro mille effe lectionum modos, propter obfcuritatem aliis aliter ipfas concinnantibus, ut cuique explanatio verifimilis fore vifa fuerit. Sed ego veteres fcripturas praepono, etfi minime verifimiles effe videantur, majoremque legentibus ambiguitatem praebeant. Ob id enim ipfum quispiam eas ita dictas fuiffe credat, quoniam licet fit explanatio dubia, nihilominus inter vetuftiffimos interpretes de his convenit; fin ipfas autem mutare aufi effent, in clariorem locutionem permutaffent, ut ipfa interpretatio verifimilior foret. Propofitis igitur verbis ita nunc in antiquis codicibus fcriptis et vetuftis explanatoribus hujusmodi lectionem agnofcentibus plurimi recentiorum hanc vocem, *inquinatum eft*, exemerunt. Aliqui vero ei voci, *motum eft*, eam tardius addiderunt, ut

τὴν λέξιν τοιαύτην, συνεκρίθη, συνέστη ὀξύτερον, κινηθὲν βραδύτερον αὔξεται. τινὲς δὲ τὸ καὶ διὰ τοῦτο προὔταξαν τῆς λέξεως ὡς γενέσθαι τοιάνδε. καὶ διὰ τοῦτο συνεκρίθη, συνέστη. τό γε μὴν τῆς διανοίας οὐ μέγα παραλλάττοι κατὰ πάσας τὰς γραφὰς, βούλονται γὰρ οἱ ἐξηγηταὶ συγκριθῆναι καὶ συστῆναι διὰ τοῦτο θᾶττον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος, ὅτι θερμότερόν ἐστι, καὶ κινηθῆναι δὲ θᾶττον αὐτὸ διὰ τοῦτό φασιν. καὶ μέντοι καὶ ὡμολόγηται σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἰατροῖς οὐ μόνον διαπλάττεσθαι θᾶττον, ἀλλὰ καὶ κινεῖσθαι τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος. εἴρηται δὲ περὶ τούτων σαφῶς κἀν τῷ περὶ φύσεως παιδίου, ὥσπερ γε καὶ παρὰ Διοκλεῖ κατὰ τὰ περὶ γυναικείων συγγράμματα. Ῥοῦφος δέ φησι Διογένη τὸν Ἀπολλωνιάτην μόνον ἐναντίως ἀποφήνασθαι κατὰ τὸ περὶ φύσεως [432] δεύτερον· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐνέτυχον τῷ βιβλίῳ. μαρτυρεῖταί γε μὴν καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν κυουσῶν καὶ θᾶττον ἀρχόγενα κινεῖσθαι καὶ πλείονας καὶ σφοδροτέρας κινήσεις φαίνεσθαι κινούμενα τὰ ἄῤῥενα. λέγεται δ' ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, ὅτι μὲν θᾶττον ἐκινήθη τε καὶ

locutio ejusmodi ſit, concretum eſt, conſtitutum eſt citius, motum tardius augetur. Item alii has voces et propter hoc orationi praepoſuerunt, ut talis fiat et propter hoc concretum eſt, conſtitutum eſt. Sententia quidem in omnibus his lectionibus haud ita multum diverſa eſt; volunt enim interpretes marem quam feminam citius concreſcere atque conſtitui eo quod calidior ſit, atque ob hoc idem ipſum citius moveri ajunt; quin etiam inter omnes fere medicos marem quam feminam non ſolum confirmari, ſed etiam moveri citius conſtat. De his autem et in libro de natura pueri aperte narratum eſt, quemadmodum et apud Dioclem in voluminibus de mulierum morbis. Rufus autem ſolum Apolloniatem Diogenem in contrariam habere ſententiam inquit in ſecundo libro de natura, ſed liber ille in manus noſtras non venit. Quin etiam et ipſae uterum gerentes, mares et citius moveri incipere et pluribus validioribusque motibus agi-

συνέστη, τουτέστιν ἐπάγη τε καὶ ἐστερεώθη. μετὰ ταῦτα δ' αὔξεται βραδύτερον τοῦ θήλεος τὸ ἄῤῥεν, αὔξησιν δὲ πότερον ἢ ἣν κινούμενον ἴσχει μόνην ἢ τὴν ἐφεξῆς λέγει νῦν ἄδηλον. ἀληθὲς δέ ἐστιν ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀποκύησιν αὔξεται τό τε θῆλυ θᾶττον καὶ ἵσταται πρότερα τὰ τῆς αὐξήσεως αὐτῷ. τοῦ μὲν αὔξεσθαι θᾶττον μαλακότης αἰτία τοῦ σώματος. ῥᾷον γὰρ ἐπιδίδωσι διατεινόμενα τὰ τοιαῦτα σώματα πρὸς τὰς τρεῖς διαστάσεις, μῆκος, βάθος καὶ πλάτος. ἵστασθαι δὲ καὶ παύεσθαι τὴν αὔξησιν αὐτοῖς προτέροις τῶν ἀῤῥένων, οὐκέτι διὰ τὴν μαλακότητα τοῦ σώματος, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑπάρχει. δύναμις γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις φυσικὴ, τὴν αὔξησιν αὐτῶν ἐργαζομένη, δι' ἣν ἀῤῥωστοτέρα μὲν οὖσα ἐπὶ πλέον αὔξεται, θᾶττον δὲ παύεται τῆς αὐξήσεως, ἀσθενοῦς ὑπαρχούσης. εἴπερ οὖν ὁ Ἱπποκράτης αὐτὸς ἔγραψε τὸ ἐμωλύνθη, τοιοῦτον ἂν φαίνοιτο σημαίνειν, οἷον κἂν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν,

tare apparere teftantur. Dicitur autem in propofitis verbis quod citius concretus eft et conftitutus eft, hoc eft compactus et firmus factus eft. Poftea vero mas quam femina tardius crefcit; incrementum autem utrum id, quod in utero folum fit, an quod a partu, in praefentia dicat in obfcuro eft; fed illud verum eft, quod a partu foemina, quum velocius adolefcit, tum prius incrementum in ipfa finitur. Quod celerius augefcat, corporis mollitudo in caufa eft; ejusmodi namque corpora in tres diftantias, longum fcilicet, profundum ac latum exporrecta, facile incrementum fufcipiunt. Verum quod incrementum in ipfis prius quam in maribus definat ac finem fumat, non item ob corporis mollitudinem, fed propter imbecillitatem id accidit; facultas eft enim in animantibus naturalis, quae ipforum incrementi effectrix eft, propter quam imbecilliorem quidem plus augefcunt, fed citius crefcere ob ejus imbecillitatem definunt. Si quidem igitur ipfe Hippocrates hanc vocem, *inquinatum eft*, fcripfiffet, tale quiddam fignificare videtur, quale et in fecundo de morbis

ἔνθα φησίν· ἀριστερὸν παρ᾽ οὖς οἴδημα, τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ καὶ δεξιόν. ἧσσον δὲ τοῦτο καὶ συνελειαίνετο ταῦτα καὶ ἐμωλύνθη καὶ οὐκ ἀπεπυήσατο. τὸ γὰρ τῆς ὀξείας κινήσεως καὶ μεταβολῆς παυσάμενον καὶ ἀποψυχθὲν οὕτως ὠνόμασεν.

ν'.

Ὅτι ἐστερεώθη καὶ χολωδέστερόν τε καὶ ἐναιμότερον, τοῦτο θερμότερόν ἐστι τὸ χωρίον τῷ ζώῳ.

Διὰ τοῦτό φησι τὸ ἄῤῥεν στερεώτερόν τε καὶ χολωδέστερον καὶ ἐναιμότερον γενέσθαι, διότι καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ κυΐσκεται τοιοῦτον ὑπάρχει. λέγει δὲ δηλονότι τὸν δεξιὸν κόλπον τῆς μήτρας, καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἄλλος ἄλλως γράφει. πάντες μέντοι τὴν αὐτὴν διάνοιαν φυλάττουσι, διότι καὶ τὸ λίαν ἀκριβῶς ζητεῖν ὁποία τίς ἐστιν ἡ ὄντως Ἱπποκράτους λέξις περιττόν. ἄμεινον γὰρ οὐ τοῦτο σκοπεῖν, ἀλλ᾽ εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθές. ἡ δ᾽ ἀλήθεια διὰ τῶν ανα-

vulgaribus, ubi ait: fecundum autem finiftram tumor, poftero autem die et fecundum dextram, minor vero ifte; et complanabantur hi et inquinati funt et non fuppuraverunt: nam a celeri motu tranfmutationeque definens ac refrigeratum ita nominavit.

L.

Idcirco folidus factus eft et biliofior et magis fanguinofus, quia ifte calidior eft locus animali.

Propter hoc, inquit, marem folidiorem, biliofiorem et fanguinis pleniorem creatum effe, quoniam locus, in quo gignitur, ejusmodi eft. Dicit autem dextrum uteri finum. Haec quoque verba alius aliter fcribit, omnes tamen eundem fenfum fervant, quandoquidem et accurate nimis, quaenam fit vera Hippocratis dictio, inquirere fupervacuum eft, melius eft enim non hoc fpeculari, fed an id quod dicitur verum fit. Veritas autem, ut dixi-

τομῶν, ὡς ἔφην, εὑρίσκεται, τῶν ἀῤῥένων τοὐπίπαν ἐν τῷ δεξιῷ κόλπῳ τῆς μήτρας κυϊσκομένων. εἴρηται δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ θερμότερον εἶναι τοῦτο καὶ αὐτὴ διὰ τῆς ἀνατομῆς ἐγνωσμένη.

mus, per diſſectiones exploratur, maribus plerumque in dextra uteri parte conceptis. Cauſa quoque, quod haec pars calidior ſit, tradita eſt et ipſa per diſſectionem cognita.

LIPSIAE

LITERIS J. B. HIRSCHFELDI.